E.2.n.16. extant Joannis de Magistris quæstiones de sensu, et sensato, memoria, et reminiscentia, somno, et Vigilia, Longitudine, et brevitate Vitæ.=

K.2.n.21. extant Domus sapientiæ scoticæ Disputationes, inter quas de parvis naturalibus.=

*
A. 1. n. 18. extat V. Bedæ libellus de septem mundi miraculis.=

H. 5. n. 2. extat Manipulus Fratrum minorum, Cuius pars 8. Cap. 36. tangit de distinctione Statuum.= A. 8. n. 53. extat Ciceronis liber Cato maior inscriptus de Senectute.=

A. 8. n. 58. extat Ioannis Ludovici Vives Prælectio in proximum Ciceronis librum de Senectute.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Phisica Mirabilis, et Curiosa.

A. 1. n. 8. extat Synesii Episcopi Cyrenes tractatus iucundus, et Curiosus de Calvitio.=

* B. 1. n. 10. extat Alcuini Disputatio ad Calcem proponens Pippino Varia Curiosa Enigmata.= D. 1. n. 13. extant Phisionomia, et mores Deiparæ Virginis, suique SS.mi filii ex gestis S. Anselmi.=

A. 7. n. 62. extat Francisci de Mendoza Viridarium, Cuius liber 2. multa, et Varia habet problemata Curiosa de homine, ortu, interitu, Anima, suisque potentiis, et passionibus, Cælo, Astris, Elementis, et Metheurorum impressionibus.= A. 3. n. 10. extat Petri Berchorii Reductorium, Cuius Liber 12. tractat de mirabilibus naturæ, et Circa naturam humanam.=

F. 3. n. 16. extant Francisci Georgii libri Sacrorum problematum, quorum liber 6. inter multa Curiosa, tractat de occultis naturæ, et Artis operationibus.=

B. 4. n. 1. extant Aristotelis triginta et octo Sectiones problematum Varia, et Curiosa dubia Continentium.= Liber diversarum quæstionum Mechanicarum.= Liber de Coloribus, suisque Causis.= Liber de mirabilibus Auscultationibus.= Liber de Phisiomicis, qui etiam extat C. 4. n. 1.=

B. 4. n. 18. extant S. Thomæ Aquinatis Opuscula de occultis naturæ operationibus, et de natura Luminis.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

D. 1. n. 38. Extat Bernardi Sannig tractatus de Phisionomia.=

D. 1. n. 39. Extant Francisci à S.ta Clara Paralipomena, sive supplementa Philosophica de Mundi principiis, suarumque partium Coadunatione, et Oeconomia, ibique de miraculis, et in Aristotelis principiis discutitur, et examinatur miraculum quoddam Celeberrimum.=

F. 1. n. 20. Extant Gasparis Schotti Mirabilia Magdeburgica, Anglicana, et Varia Artis, Iconibus expressa, ad astruendam Vacuitatem in natura Excogitata, Cum scrutinio an revera Convincant Vacuitatem.= N. 22. Phisica Curiosa, sive mirabilia naturæ Angelorum, Dæmonum, Spectrorum, hominum, Energumenorum, Monstrorum, et Portentorum.=

N. 23. Mirabilia naturæ Animalium in genere, et in Specie terrestrium, Volatilium, et Aquatilium: Metheororum in genere et in Specie Ignis, Aeris, et Aquæ, atque mirabilia naturæ miscellanea: ibique Theses, et Corollaria de Vera Scientia, natura, habitu, arte, Causis, Sympathia, Antipathia, Impulsu, Linea directionis, generatione, quantitate, Loco, duratione, fato, fortuna, Casu, Mundo, Cœlo, igne, Aere, Aqua, terra, Metheoris, Ortu, et Interitu mixtorum, Cum appendice mirabilium Arborum, Plantarum, Herbarum, et aliarum diversarum Rerum.= N. 25. Varia Iocoseria naturæ mirabilia, et Arcana.=

G. 1. n. 25. Extant Danielis Voet Disquisitiones de tempore Creationis Solis, Insularum, et Aquæ, et Cur hæc nocte sit tepida, et meridie frigida: et Cur imaguis immaket Acus ferrea: atque de inventione, et Compositione pulveris Nitri, et instanti Mortis.=

A. 6. n. 15. Extant Plinii libri historiarum naturæ, quorum Secundus tractat de Mundo, Syderibus, Elementis, Earumque rebus, motibus, operationibus, et aspectibus

mirabilibus, atque de Metheoris Cœlestibus, Aereis, terreis, et Aqueis. = Septimus, de homine, diversisque hominum figuris, moribus, Viribus, et singularitatibus. = Octavus, de Animalibus terrestribus pedatim gradientibus. = Nonus, de Aquatilibus. = Decimus, de Volatilibus. = Undecimus, de parvis Animalibus, reptilibus, insectis, et singulis Animalium partibus, et proprietatibus. = A duodecimo ad Vigessimum septimum, de Arboribus, Plantis, Herbis, floribus, Seminibus, et Variis suis Speciebus, et proprietatibus. = Vigessimus tertius, et quartus, de Metallis, et Variis Metallorum Operibus. = Vigessimus quintus, Sextus, et Septimus, de diversis Lapidum, Marmorum, et Gemmarum generibus, et Artificibus. = C.6.n.2. extant libri Plinii usque ad Undecimum ad hispanum traducti cum Scholiis, Annotationibus, et Animalium Iconibus per Hieronymum de Huerta. = C.8.n.1. extant Castigationes, et illustrationes librorum Plinii per Hermolaum Barbarum. =

B.6.n.11. extant Raphaelis Volaterrani Libri Commentariorum, quorum Vigessimus quartus est de homine, et singulis suis membris. = Vigessimus quintus, de animalibus in genere, et in specie de quadrupedibus, Volucribus, Piscibus, insectis, Aviariis, Piscinis, et Vivariis. = Vigessimus Sextus, de natura, Causis, et divisione Plantarum, ac de Arboribus, fructibus, Herbisque hortensibus etc. = Vigessimus Septimus, de Metallicis, Pigmentis, Lapidibus, et Gemmis. =

C.6.n.3. extant Ludovici Cœlii Rodigini Libri Antiquarum Lectionum, in quibus multa tam multitudine miscet Curiosa de Mundo, Cœlis, Dæmonibus, homine, Anima, suisque sensibus, et potentiis, Corpore humano, suisque partibus singillatim, generatione, Plantis, et aliis rebus Phisicis Auscultationis. =

D.6.n.3. extat Conradi Lycosthenis Collectanea plurimorum Prodigiorum, Ostentorum, et Monstrorum Visorum in superioribus, et inferioribus Mundi regionibus. =

D. 3. n. 23. Extant Joannis Eusebii Nieremberg libri quæstionum naturalium curiosæ Philosophiæ de Imitatione naturæ, mirabilibus Imaginationis, Animatione, et Specificatione Monstrorum, Vi Attractiva Magnetis, Vita, et nova Philosophia naturæ, motuum Cœlorum, et Syderum. = Libri Occultæ Philosophiæ de Simpatia, et Antipatia rerum, Atque de naturæ Artificio. = Prolusio, sive Umbratilis exercitatio ad doctrinam, et naturalem Historiam mirabilium Animalium. = Novum Magnetis mysterium: et de mirabilibus Ethnis, suisque formidabilibus accidentibus. = Vide S. 8. n. 42. =

A. 8. n. 15. Extat Athanasii Kircheri Mundus Subterraneus Constans præfatione tangente de montis Vesubii, aliarumque insularum Exploratione, et Cuiusdam magni terræmotus Experimento, Atque duodecim libris, quorum primus est de mirifica Centri natura, maximo Dei opificio, motu gravium ad Centrum, utilitatibus artis Cosmocentricæ, et applicatione Centrosophiæ ad motus pendulorum. = Secundus, de admirando Globi terreni Opificio. = Tertius, de natura, motibus et miris effectibus Elementi Aquæ, sive Maris. = Quartus, de natura, situ, et Operationibus Ignis subterranei: Causis, natura, Viribus, et Varietate Aeris, et Ventorum. = Quintus de Lacuum, Fontium et Fluminum Origine, Variisque Aquarum differentiis, et qualitatibus, Ubi de thermis, et Aquis Medicatis, miraculis aquarum, et prodigiosa quorundam fontium natura, et proprietate. = Sextus, de Elemento terræ, magnaque Varietate rerum, quæ in eius Utero Continentur, et primis subterranei Mundi fructibus Sale, Nitro, Alumine, et Vitriolo. =

Septimus, de Mineralium, sive fossilium natura, proprietate, et Usu, perennique istorum onerationi[?], et revolutione. = Octavus, de Lapidosa telluris substantia, Ossibus, Cornibus, fossilibus et subterraneis Animalibus, hominibus, et Dæmonibus. = Nonus, de Venenosis, et Lethiferis Mundi Subterranei fructibus, Variisque

Venenorum Speciebus, Causis, et Effectibus. = Decimus, de Artis metallicæ requisitis, et Fodinarum Conditionibus, variisque accidentibus, et variis in Mineris effodiendis, lavandis, Conquendis, et separandis processibus. = Undecimus, de Origine Alchymiæ Lapide Philosophorum, et Alchymia Sophistica. = Duodecimus, de Panspermia, vel universali Seminio Mineralium, Plantarum, et animalium Insectorum, variisque istorum Speciebus, Causis, et proprietatibus, ubi etiam de Philosophia Botanica, et artibus Insititia, Distillatoria, Chyrurgica, Metallostatica, Pyrobolica, aliisque mechanicis, et earum Arcanis. =

N. 20. Extat Sexta Classis Systematica Mundorum, sive de mundo multiplici, variisque suis apud diversos Systematibus. = N. 25. libri de natura, facultatibus, et Usibus Magnetis, atque de magnetismo Mundi, et rerum mundialium. = N. 23. Artis Lucis, et Umbræ decem libri, quorum primus agit de Lucidis mundi Corporibus, natura, et affectione Luminis ab eis profluentis: + miris Umbræ in rerum natura facultatibus: de Colorum natura, Varietate, et affectione in Aere, Nubibus, Vitris, Mineralibus, Herbis, et Animalibus, ubi de Judicio, et divinatione per Colores circa tempora, Lapides, Plantas, Animalia, Complexiones, et varios hominum mores. = Vide infra F. 8. n. 21. =

+ Origine, natura, et cetera

A. 8. n. 29. Extant Fortunati Liceti Libri de reconditis Antiquorum Lucernis, in quibus plurimæ circa earum Causas et proprietates expenduntur opiniones, et explanantur quæstiones de Ignis Causis, Origine, Varietate, Motu, duratione, interitu, et aliis naturæ Arcanis. =

F. 8. n. 21. Extat Athanasii Kircheri Iter Extaticum Cæleste, in quo per integumentum fictæ raptus, Mundi Cælestis, Syderumque errantium, et Fixorum natura, Vires, proprietates, Compositio, et structura explorantur, atque nova hypotesi ad veritatem exponuntur, cum præfationibus, Scholiis, et Schematismis Gasparis Scho

ti, additis ad Lectorem præmonitione Nicolai Mohr, et duobus libellis apologeticis prædicti Schoti, et Melchioris Cornæi pro Itinere Kircheriano.=

F. 8. n. 28. extat Antonii Fuente Lapeña ens dilucidatum Unica quæstione quatuorque Sectionibus expendens an sint Animalia ex putrefactione genita: an sint in rerum natura animalia invisibilia: an hæc sint, quæ Vulgo appellantur Duendes, trasgos, vel Phantasmas: et ex quibus Causis procedant.=

F. 8. n. 59. extat Didaci de torres Villaroel Iter, non extaticum, sicut Kircherium, sed Phantasticum quatuor dierum, et dies phantasticus quietis abstinere, ubi peragratis, et perlustratis Mundis subterraneo, terraqueo, Æthereo, et Cœlesti, describit Mundi subterranei generationes, Metalla, Lapides, Media mineralia, fabricam, et officinas interiores: Mundi terraquei, terram stabilem, Aquas situm, Ventos, Metheora, generationes Vegetabilium, et Animalium, Causasque fluxus, et refluxus Maris.=

Mundi Ætherei, Aerem, Ignem, Variaque Utriusque Metheora, et impressiones: Mundi Cœlestis, Cœlos, Astra, Sydera, motus, qualitates, influxus, atemperationem Causarum superiorum, et inferiorum, Signorum domos, Solis, et Lunæ eclypses, atque influxum tam particularem eclypsis anni 1724. quam generalem omnium usque ad Mundi finem, aliasque Curiositates.= N. 60. extat eiusdem Gallus Hispanicus Cantans in Gallia, ubi de generatione Oviparum, Constitutione phisica, proprietatibus, et Virtutibus Galli gallinacei, ac de ratione sui Cantus iuxta motum Solis.=

G. 8. n. 85. extat Ferdinandi Castillo Magia naturalis, sive Philosophia Secreta. Cuius prima pars continet ultra prologum apologeticum, sex tractatus, in quibus post præ=

malia, tractat de terra, Paradiso, Montibus, Campis, Vallibus, Nemoribus, Herbis, Arboribus, Metallis, et nonnullis Lapidibus.= *

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Phisica Medica.

Circa Medicam facultatem.

A.1.n.27. Extat S. Isidori Liber Quartus Orig. et Ethymolog. agens de Medicina, eiusque Inventoribus, et tribus illorum hæresibus, aut Sectis.=

B.1.n.29. Extat Hugonis à Sancto Victore Liber prim. Excerption. Cap.10. tangens de Medicina.= Idem per idem habet Richardus à Sancto Victore Lib.1. Excerpt. Cap.10. E.1. n.9.=

D.3.n.100. Extat Antonii Sousa Macedo pars 1. Cap.27. agens de progressu, et dignitate Medicinæ.=

B.6.n.12. Extat Raphaelis Volaterrani Liber 29. agens de partitione totius Medicinæ.=

~~[illegible]~~

A.8.n.15. Extat Athanasii Kircheri Liber 11. agens de nomine, diffinitione, Origine, antiquitate, et divisione Alchymiæ, operationibus Chymicis, vasibus et instrumentis ad operationes Chymicas requisitis, Lapide Philosophico, et Alchymia sophistica, et ibi Sect. 2. Cap. 3. exponens notas, sive Characteres, quibus Vtuntur Alchymistæ ad arcana Chymica Velanda, tabulamque alphabeticam nominum Barba-

* H.8.n.29. Extant Levini Lemnii quatuor Libri de occultis naturæ miraculis.=

K.8.n.65. Extat Francisci Baconis de Verulamio Sylva Sylvarum historiæ naturalis in decem Centurias digesta experimentorum Circa Varios naturæ mirabiles motus, et effectus.= N.67. Historia experimentalis Ventorum, Densi, Rari, gravis, Levis, Sympathiæ Antipathiæ, Mercurii, Salis, Vitæ, Mortis, Formæ Calidi, Variarum Specierum motus, et Virtutis activæ, atque fluxus, et refluxus Maris.=

L.8.n.17. Extant Alexii Pedemontani Libri sex mirabilium naturæ secretorum.=

~~[illegible]~~

✠

A.8.n.21. Eiusd. Kircherii Classis 9. agit de Medicina Hieroglyphica.= N.23. de Arte Chromocritica divinante, vel iudicante ex Colorum Varietate Circa tempora, Lapides, Herbas, Animalia, hominum Complexiones, mores, et Vrinam.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

*
D. 8. n. 25. extant Jurisani Carthusiani libri tres Comment. in Michotechnum Galeni, sive in artem eius parvam: et quaestio de hypostasi Vrinae.=

*
G. 8. n. 14. extat Hippocratis Prognosticum Complectens omnes genuinas, et spurias magnae et parvae tabellae sententias per locos Communes dispositas, et annotationibus Alphonsi Lopez Pinciani illustratas.=

G. 8. n. 23. extat Hieronymi Pardo Apologia de excellentia, et necessitate Medicinae adversus Caramuelem.=

rorum apud Alchymistas passim Vsitatorum.= Liber item 42. agens Sect. 4. de arte Stalathica, sive distillatoria, difinitione, et multiplici distillationis differentia, vbi Cap. 3. exhibet terminorum Medicae facultatis explicationem, et Sect. 5. agit de Arte Chymiurgica, et Arcanis Chymicis.=

A. 8. n. 63. extat Joannis Henrici Alstedii inter tabulas disciplinarum tabula Vigessima Octava totam describens spheram Medicinae, de qua summarie agit in disciplinarum Compendio.= N. 65. Libro Vigessimo septimo agit de eadem Latissime, vbi de fine, subiecto, et mediis Communibus, et propriis Medicinae tam in genere quam in specie secundum mentem Hippocratis, Galeni, et Chymicorum.=

D. 8. n. 18. extat Joannis de la torre Balcarcel Speculum Philosophiae, et Compendium totius Theoricae, et practicae Medicinae quatuor libris Constans, quorum primus est de Medicinae proemialibus.=

*
F. 8. n. 59. extant Didaci de torres Villaroel Colloquia nocturna Cum amico Heremita Contra Aurum potabile, petram philosophalem, et aquam Vitae Chemistarum.= N. 60. extat eiusdem Summa Medicina, seu Lapis Philosophalis, vbi de artis Alchymiae principiis, Confectione, et Operationibus in persona praedicti Heremitae.=

*
G. 8. n. 35. extat Ludovici Amicé Bertran Apologia in defensionem Medicinae Vniversalis Aquae Vitae, seu Lapidis philosophalis.=

K. 8. n. 16. extant Aurelii Cornelii Celsi Octo libri de re medica, vbi praemittit suum Judicium Circa inventionem partesque Medicinae, et explicat suam Sententiam Circa Medicinam Pharmaceuticam, atque agit de Chirurgia.= Ibidem extat Quinti Sereni Poema de saluberrimis Medicinae praeceptis.=

K. 8. n. 13. extat Georgii Cullimitii Artificium applicandi Astrologiam ad Medicinam.=

L.8.n.12. extant Galleni duo libri de Universali, et summaria Via medendi, Martino Acakia interprete, et Commentatore.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa Facultatis Medicæ Professorem.

A.1.n.48. extat V. Bedæ Libellus de Observandis ad Phlebotomiam recte exequendam.=

A.3.n.10. extat Petri Berchorii Reductorium, cujus liber 2. cap. 28. agit de Medici munere, et sufficientia.=

C.8.n.5. extat Thomæ Rocha Compilatio regularum ad opportune exhibendam Corpori humano Medicinam, et Phlebotomiam exequendam.=

E.8.n.10. extat [redacted] Amati Lusitani Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotum, Crisi, et diebus decretoriis.=

G.8.n.2. extat Simphoriani Camperii Introductorium ad praxim medicinalem: extantque excerpta ex Plinio in praxim medicinæ sive ad artis Hippocraticæ facultatem attinentia, cum Medicorum privilegiis ex Corpore Juris Cæsarei depromptis.=

G.8.n.49. extat Christophori Francisci de Luque Apolineum Caduceum concordans duas oppositas opiniones circa consultivum Medicorum Congressum in gravibus infirmitatibus, et accidentibus.=

G.8.n.32. extat Andreæ de Gamez Epistolare opusculum super dissentiones inter Gallenicos, et Espagiricos ostendens Gallenum non vetasse Medicum scire omnes medicas sui temporis sectas, quin potius oppositum suo exemplo docuisse: probansque Medicum debere esse Mathematicum, Opticum, Astronomicum, et Astrologum, ut exacte intelligere possit Gallenum.=

H.8.n.40. extat Joannis de Torna-
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

mira Libellus Isagogicus, sive introductorius ad practicam Medicinæ.= Ibidem extat Vallesii de tharanta tractatus Chirurgicus.=

K. 8. n. 16. extat Aurelii Cornelii Celsi liber de Chirurgia, et qualis esse debeat Chirurgus.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa hominem Medicæ facultatis subiectum.

A. 1. n. 18. extat V. Bedæ libellus de formatione, et nativitate Infantium, eorumque Ossibus, Nervis, Dentibus, et Complexionibus.=

B. 2. n. 25. extat Caroli Felicis de Matta pars 3. de Canonisat. SS. cap. 18. agens de humani Corporis partibus.=

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrani Liber 22. agens de homine, singulisque suis partibus.=

A. 8. n. 23. extat Athanasii Kircheri Anatomia Organi auditus, et Vocis.= N. 23. Anatomia Oculi, seu potentiæ Visivæ.=

D. 8. n. 12. extat Petri Mendis liber 2. agens de natura Corporum simplicium, et Compositorum, multorumque opiniones circa discretionem ex Astris, et aliis artibus Componens.= Liber 3. de dignoscenda bonitate, aut malitia humanorum Corporum ex quatuor eorum Complexionibus.=

D. 8. n. 18. extat Ioannis de la torre, et Balcarcel Liber de Anatomia humani Corporis, suarumque partium.=

F. 8. n. 2. extant Ioannis Ioviani Pontani Libri quatuordecim de rebus Cælestibus, earumque Causalitate circa generationem, constitutionem, et dispositionem humani Corporis, suarumque partium.=

G. 8. n. 56. extat Iosephi Ortiz Barroso Œconomia Animalis secundum Verum Systhema Phisico-mechanicum, sive Anatomicum.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Phisica Medica.

H. 8. n. 13. extat Joannis Fernelii Ambiani Medicina triparitita cuius prima pars septem libris agit de partium humani Corporis descriptione, elementis, temperamentis, Spiritibus, nativo Calido, Animasticis facultatibus, functionibus, Humoribus, Semine, et hominis procreatione. =

H. 8. n. 20. extat Valesii de Tharanta Opus Medicum in septem partes distributum ubi reperitur Anatomia membrorum faciei et oculorum, gutturis, et ei Vicinorum membrorum Metti et primi, ac secunde digestionis, atque partium utriusque sexus generationi deservientium. =

K. 8. n. 16. extant Aurelii Cornelii Celsi Libri octo de re medica, in quibus, inter alia, tractat de interioribus humani Corporis sedibus: et iterum tractans de Chirurgia scribit de positu, et figura totius humani Corporis. =

K. 8. n. 20. extat Balduini Ronsei Liber de primordiis hominis à Conceptione usque ad eius ablactionem, omnibusque ad id pertinentibus. =

Circa humani Corporis infirmitates.

H. 2. n. 1. extat Bernardi Lamy Apparatus Biblicus ubi Lib. 2. Cap. 6. agit de morbis in scriptura memoratis. =

A. 3. n. 10. extat Petri Berchorii Reductorium Lib. 2. tractans de Variis infirmitatum Speciebus. =

B. 2. n. 35. extat Caroli Felicis de Matta pars 3. Cap. 18. signanter agens de divisione, et Causis morborum. =

A. 6. n. 35. extat Plinii Liber septimus Cap. 50 – 51. afferens Varia morborum exempla, notansque signa mortis. =

F. 8. n. 8. extant Hermanni Nuenarii, et Simonis Riquini Epistolæ super Febrim sudatoriam, Vulgo sudorem Britannicum.=

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrani liber 22. agens de singulis partium humani corporis morbis.=

A. 8. n. 15. extat Athanasii Kirchevii Liber 9. Vbi agit de origine morborum.=

A. 8. n. 65. extat apud Joannem Henricum Alstedium ad Calcem Libri 11. Appendix Martini Rulandi alphabetice signans totius Corporis morbos.=

C. 8. n. 2. extant Theophrasti Erisii Libelli, aut fragmenta de sudoribus, Vertigine, Lasitudine, Nervorum resolutione, Animique defectione.=

C. 8. n. 13. extat Andreæ de Laguna tabella alphabetica morborum.=

B. 8. n. 18. extat Joannis de la torre Balcarcel Liber 2. agens de rebus homini præternaturalibus, et Violentis, earumque Causis, et Effectibus.=

E. 8. n. 2. extant Hieronymi Mercurialis Libri tres de morbis Puerorum.= Libri duo de morbis Cutaneis.= Libri tres de Excrementis, nempe, Vrinæ, fæcibus Alvi, et sudoribus.=

E. 8. n. 10. extant Amati Lusitani Septem Centuriæ morborum partes Corporis à Capite usque ad pedes infestantium.=

F. 8. n. 2. extant Joannis Joviani Pontani libri quatuordecim agentes inter alia de Causalitate rerum Cælestium Circa Vitia, et ægritudines Corporis humani, earumque partium.=

* G. 8. n. 18. extat Vincentii Moles Panthologia pars Medicinæ sic dicta eo quod tractat de præternaturalibus Corporis affectionibus, agitque de morbis repertis in sacris Vtriusque testamenti Litteris.= Huius item Videnda bibliā G. 2. n. 26. Circa affectiones sacratissimi Corporis Christi à Conceptu usque ad mortem.=

G. 8. n. 22. extant Mathiæ Naldi Libri tres de amicitia Mundi Vniversi rerum omnium origine, ubi Concordat dissidentes Philoso-

phorum circa hoc opiniones, et ex professo tangit ea presertim vitia, quæ infesta sunt generationi, et quibus potest Medicina succurrere.=

H. 8. n. 10. Extat Danielis Sennerti primus Liber Medicinæ practicæ tribus partibus agens de morbis Capitis, Symptomatibus sensuum Internorum, Cebri, tactu læso, et morbis, ac symptomatibus Oculorum, Aurium, Narium, et Linguæ.=

H. 8. n. 13. Extat Joannis Fernelii Medicina tripartita, cuius secunda pars septem libris agit de morbis, eorumque Causis, Symptomatibus, et signis, pulsu, eiusque differentiis, Febribus, partium morbis, et symptomatibus, atque externis Corporis affectibus.=

H. 8. n. 29. Extant Francisci Salado Garces quatuor libri Historico-Medici, in quibus agit primo de essentia, Causis, et signis Pestis.=

H. 8. n. 40. Extat Valescii de Tharanta Opus Medicum in septem partes distributum, et in eis tractans de Causis, et signis morborum Capitis, Cerebri, et Colli: de ægritudinibus membrorum faciei, et Oculorum: de passionibus specialium Membrorum Gutturis, et ei Vicinorum: de passionibus Meri, et membrorum primæ, ac secundæ digestionis: de passionibus membrorum, et partium Utriusque sexus generationi deservientium: de Febribus, sibique adiunctis, Apostematibus Pulchritudine illamque impedientibus: et ad Calcem Libellus de Epidemia, tractatusque Chirurgicus.=

K. 8. n. 16. Extant Aurelii Cornelii Celsi Octo libri de re medica, in quibus agit de signis adversæ Valetudinis: de morborum generibus: de vitiis singularum Corporis partium.=

K. 8. n. 20. Extant Balduini Ronssei Centonæ de primordiis hominis, ubi notat vitia, quæ Matribus, et Fœtibus accidere solent, aut possunt in toto progressu a Conceptione usque ad parvulorum ablactationem, et obiter agi-

Phisica Medica de Causis Sterilitatis, defectibus Obstetricis, et Nutricis, atque Communibus parvulorum accidentibus.= Item Epistola de magnis Scientibus Hippocratis, et Stomacoxia Plinii.=

L. 8. n. 5. Extant Hieronymi Frascatorii tres Libri de Contagione, et morbis Contagiosis.=

L. 8. n. 9. Extat Antonii Musse Brasavoli Liber de Origine, natura, et Speciebus morbi Gallici.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa Morborum Curationem.

B. 9. n. 25. Extat Caroli Felicis de Matta pars 3. Cap. 18. signanter agit de naturalibus Morborum Curationibus.=

A. 6. n. 15. Extant Plinii Libri presertim à Vigessimo de Variis rerum diversarum medicinalibus Virtutibus, et proprietatibus.=

B. 6. n. 12. Extat Raphaelis Volaterrani Liber 24. ubi tractat de Pharmacoporum generibus: Item Libri 25-26-27. agentes de Animalibus, Plantis, Arboribus, Herbis, Unguentis, Metallis, Pigmentis, Lapidibus, et gemmis multas omnium notant medicinales Virtutes, et signanter tangunt Simplicium naturam in Universum.=

G. 6. n. 36. Extat Gregorii Lopez Alphabetum de qualitatibus Herbarum, et simplicium, atque thesaurus medicamentorum pro Curatione Variarum infirmitatum alphabetice dispositarum.=

A. 8. n. 15. Extant Athanasii Kircheri Mundi Subterranei Liber 5. agens de aquis mixtis, sive Compositis medicamentis in genere, atque de thermis, et Aquis medicatis, earumque Viribus, et proprietatibus in specie.= Liber 6. de differentiis Salium, Nitro, Alumine, et Vitriolo, atque de Cura Venenatarum infirmitatum.=

Liber 12. de Botanica Circa mirabiles Vegetabilium, et Plantarum effectus, Plantarum differentias, et necessaria ad earum Vires explorandas, et Cognoscendas: ibique tabula generalis Analytica Plantarum omnium
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

differentias, et figuram exhibens: Artes Stalattica, vel distillatoria, et Chymeurgica cum Iconibus, sive figuris instrumentorum distillationibus inservientium: Tabella Medico-Phisica quatuor Elementorum: Tabella medicinalium Virtutum Herbis Insitarum: Tabula graduum qualitatum primarum in Plantis residentium.= Tabula exhibens fructum medicinalem ad omnes Corporis humani Curandas infirmitates iuxta Uniuscuiusque Plantarum tributam naturam, et proprietatem, eiusque Usum, et applicationem. Typus Sympathicus Plantarum exprimens Signaturas Cum omnibus, et singulis humani Corporis membris. Tabula Plantarum resolutarum in sua tria principia, et innuens earum nomina, gradus Componentium principiorum, Tempus Collectionis, resolutionem, et Vires.=

N.24. tractat de Medicina Corporum per Musicam sanandorum.= N.25. de Magnetismo Rerum medicinalium.= N.26. de radiationibus Sympathicis: et de Arte Chromocritica, sive divinante, vel iudicante ex Colorum Varietate Circa tempora, Lapides, Herbas, Animalia, hominum Complexiones, mores, et Urinam.=

A.8.n.52. extant Ioannis Ruellij Libri de stirpium, aut Plantarum, Herbarum, et Fruticum natura, qualitatibus, proprietatibus, et Virtutibus simplicibus, et Compositis.=

A.8.n.65. extant apud Ioannem Henricum Alstedium ad Calcem Libri 21. Alphabetum Martini Rulandi Continens medicamenta morborum totius humani Corporis.= Alterum item alphabetum de Dosibus, aut justa quantitate, respectivaque proportione medicamentorum.= Tandem quatuordecim tabulæ praecipuas Vitatorum Compositorum[?] dosis[?] Continentes.=

G. 8. n. 11. extat Joannis de Sator-re Balcarcel Compendium, sive promptuarium ad Curationem Pestis.=

C. 8. n. 2. extant Theophrasti Eresii Sexdecim Libri de natura, Causis et Viribus Plantarum, suarumque partium, florum, et fructuum.= C. 8. n. 4. extat Thomæ Rochas Compilatio regularum ad opportune exhibendam Corpori humano Medicinam, et exequendam Phlebotomiam.=

C. 8. n. 13. extant Dioscoridis Sex libri de medicinalibus rerum Virtutibus, et Venenis ad hispanum traducti, annotationibus et iconibus illustrati per Andream de Laguna, addita tabella alphabetica morborum, et medicamentorum remissive ad prædictum Dioscoridem.=

D. 8. n. 12. extant Alexandri Trajani Petronii duo libri de Alvo sine medicamentis molliendo.=

E. 8. n. 10. extant Amati Lusitani Septem Centuriis Curationum morborum partes Corporis à planta pedis usque ad Verticem Capitis infestantium.=

* H. 8. n. 6. extat Francisci Velez ab Arciniega Theoria Pharmaceutica Septem Sectionibus Comprehendens aliquot Universales regulas Joannis Messue Damasceni ad hispanum translatas, et notis latinis illustratas, cum Alphabeto Succedaneorum, et Luce ponderum Medicorum, et Romanorum.=

H. 8. n. 7. extat Joannis Baptistæ Porta Phytognomonica, sive ars, et nova, facilisque methodus Cognoscendi ex prima faciei externæ inspectione abditas Plantarum, Animalium, Metallorum, omniumque rerum Cæterarum Vires, et Virtutes.=

H. 8. n. 13. extat Joannis Fernelii Ambiani Medicina tripartita, cujus tertia pars tribus Libris agit de ratione ac methodo Curandi, Venæ Sectione, modo, et differentia purgandi.=

H. 8. n. 15. extat Pselli libellus

de medicis Lapidum Virtutibus Cum Castigationibus Maussaci.=

H.8.n.26. extat Francisci Vallesii Comment. in quatuor Hippocratis Libros de Ratione Victus in morbis acutis.=

H.4.n.29. extant Francisci Salado Garzy, et Ribera quatuor libri Historico-Medici, ubi tractat de regimine, politicaque spirituali, temporali, et Medica observanda in Curatione Pestis, atque observata in Contagio Anni 1649.=

H.8.n.32. extat Petri La Seine Liber de abolendo Luctu, et abiicienda tristitia sup. Homeri Pharmacum Nepenthes nuncupatum, et in quarto Odisseae ab eo descriptum, de cuius natura, et Viribus disserit Parasceuastice, Historice, Anagogice, et Simpleroticе.=

H.8.n.40. extat Vallesii de Tharanda opus medicum Septem partibus agens de Curatione fere omnium morborum, et passionum Corporis humani, suarumque partium internarum, et externarum, et ad Calcem de Epidemia libellus, et tractatus Chirurgicus.=

K.8.n.9. extant Andreae Libavii duo tractatus Phisico-Medici, cuius primus est de impostura Vulnerum per Vnguentum Armarium: et Epistola de Analysi, et genesi vel Sinthesi Anuvaldinae medicinae dictae Panacea.=

K.8.n.16. extant Aurelii Cornelii Celsi Libri de re medica, in quibus agit de medicamentis simplicibus, et Compositis, eorumque Vsu, et applicatione, atque de Chirurgicis Curationibus.= Ibidem extat Palemonis libellus poeticus de ponderibus, et mensuris medicis.=

K.8.n.20. extant Balduini Ronsei Centones de primordiis hominis, ubi +Sterilium, Pregnantium, Parturientium, et infantium accidentibus varia offert medicamenta.=

+ pro

K.8.n.53. extat Juliani Medici thesaurus Medicinae Pauperum, in quo prodi-

versis infirmitatibus approbata medicamina pauperibus exhibentur.=

L. 8. n. 3. extat Antonii Musæ Brasavoli Examen Sinctuum, Infusionum, Aquarum, Odoriferorum pulverum, Oleorum, et decoctionum, quibus usus est apud Pharmacopolas Ferrarienses.= Item Liber de Curatione morbi Gallici.=

L. 8. n. 12. extant Galeni duo libri de universali, et summaria via, et ratione medendi, Martino Acakia interprete, et Commentatore.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa Tuendam Valetudinem, aut Sanitatem.

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrani Liber Vigessimus quartus agens inter alia de his, quæ pertinent ad Valetudinem.=

H. 6. n. 6. extat Plutarchi Opusculum de tuenda bona Valetudine.= Vide C. 8. n. 3.=

A. 8. n. 65. extat apud Joannem Henricum Alstedium ad Calcem Libri 23. Liber Scholæ Salernitanæ de Conservanda bona Valetudine.= Idem liber reperitur K. 8. n. 43. cum expositione Arnoldi Novicomensis.=

D. 8. n. 18. extat Joannis de la torre, et Balearci Compendium totius theoricæ et practicæ Medicinæ ubi libro tertio agit de rebus homini non naturalibus præsertim in materia Cibi, et potus.=*

D. 8. n. 22. extant Alexandri Traiani Petronii quinque Libri de Victu Romanorum, et Sanitate tuenda.=

E. 8. n. 1. extant Hieronymi Mercurialis sex libri de arte Gymnastica, Vel exercitationum omnium antiquarum, et ad Corporis humani exercitium pertinentium pro Medicis, et Conservandæ Valetudinis studiosis.=

G. 8. n. 39. extat Ludovici Nonni Diæteticon quatuor Libris agens de re Cibaria in Ordine ad bonam Conservandam Valetudinem, Vel reparandam deperditam Sanitatem.=

*Idem habet G. 8. n. 31. Manuale sive promptuarium ad præservationem a Peste.
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

E. 8. n. 56. extat Josephi Ortiz Barroso tomus 1. Dissertationis quadripartitæ de Vsu, et abusu aquæ dulcis, in quo agit de aquæ natura, proprietatibus, electione, vsuque interno, et externo in statu Sanitatis.=

K. 8. n. 1. extat Joannis Bruyerini Dipnosophia, vel Sitologia duo, et Viginti libris tractans de esculentis, et poculentis, quæ Cuivis nationi, homini, Sexui, Sanis, ægris, Senibus, et iuvenibus sunt idonea, vel vsu minus probata.=

K. 8. n. 53. extat Arnaldi de Villa nova Libellus tripartitus de regimine Sanitatis.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa Singularia, et Varia.

B. 2. n. 32. extat Augustini Calmet Dissertatio super Ecclesiasticum de re medica, et Cibaria Hebræorum.=

B. 4. n. 1. extant Aristotelis triginta et Octo Sectiones problematum vt in plurimum Medicorum.=

B. 6. n. 11. extant Raphaelis Volaterrani Liber 24. agens inter alia de Alimentis, excrementis, somno, Vitæque tempore.= Libri 25-26-27 multa et varia tangunt ad Medicinam pertinentia inter agendum de Animalibus, Plantis, Arboribus, Herbis, floribus, Vnguentis, Metallis, Pigmentis, Lapidibus, et Gemmis: Videndaque Paralipomena, sive additamenta, quæ habet ad Calcem Libri 38. pro tertia sui operis parte.=

C. 6. n. 9. extant Ludovici Cœlii Rodigini Sexdecim Libri Antiquarum Lectionum, in quibus multa tumultuarie miscet Curiosa ad Medicinam attinentia.=

A. 8. n. 48. extant Theophili Raynaudi Loci Communes rerum aliquot Delectarum ad Artem medicam pertinentium, et in Octodecim suis voluminibus dispersi reperiuntur.=

D. 8. n. 20. extant Antonii Rodriguez Cordobesa, et Josephi Ortiz Barroso Allegationes in favorem Curationis Cuiusdam Maniatici
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

sub assistentia ordinaria Medici nomine Josephi Ruiloba.=

F. 8. n. 25. extat Joannis de Sorapan Medicina Hispanica in quadraginta et septem Vulgaria proverbia distributa.=

F. 8. n. 55. extant Michaelis Augustini quinque libri Secretorum Agriculturæ, Domus ruralis, et Pastoralis, in quibus fit mentio de Vario, et multiplici genere infirmitatum, et remediorum.=

Didaci† de torres Villaroel

F. 8. n. 59. extant† Colloquia nocturna adversus indoctos Medicos, Aurum potabile, Petram philosophalem, et Aquam Vitæ Chemistarum cum memoriale medicamentorum, quibus ipse pro Variis infirmitatibus Utebatur.=

N. 60. Eiusdem Summa Medicina, sive Lapis philosophalis, ubi de Alchimiæ principiis, Confectione, et operationibus Lapidis Philosophalis.= Remedia Contra malos Cuiusdam Phenomeni influxus.= Medicus pedestris, et medicina manualis, atque saludabile Medicum Lunarium pro anno 1731.=

G. 8. n. 7. extat Simphoriani Champerii Liber de quadruplici Vita, quarum tres primæ huc pertinentes docent Sane Vivere, Longe Vivere, et Cælitus vivere sive Medicinæ, et remediis ex Astrorum influxu derivatis.= Item Sylvæ medicinales alphabetice distributæ ad Complementum Sane, et diu Vivendi pertinentes.=

G. 8. n. 11. extant Didaci de Valverde Horozco dubia Circa pestem Mediolanensem, aliarumque Italiæ partium anni 1630, et satisfactio ad sibi obiecta per alium quemdam Circa eandem materiam.= Item defensio Doctrinæ Hippocratis, et Galeni Circa Curationem per Sanguinis emissionem iuxta morborum, et partium affectarum Varietatem, reiecta opinione incisionis Venæ Juberculorum, Vulgo de los tobillos.= Vide G. 8. n. 18.=

G. 8. n. 23. extat Hieronymi Pardo tractatus de naturis, qualitatibus, et Virtutibus Aquæ, et Vini, atque de Utriusque mix=

‡ Hanc allegationem Doctoris de Luque adversus Doctorem Mellero circa occultas qualitates invenies §. 8. n. 35.=

tione super Quinquagessimum sextum Hippocratis Aphorismum.=

§. 8. n. 44. Extant Mathiæ Naldi Libri tres, in quibus probat Universi amicitiam esse rerum omnium originem: Concordat circa hoc dissidentes Philosophorum Opiniones: et ex professo agit de illis, quæ in Coniugiis possunt esse infesta generationi, ea, præsertim, tangens Vitia, quibus potest Medicina succurrere, Varia medicamentorum genera offerens.=

§. 8. n. 31. Extat Michaelis Ximenez Mellero Examen allegationis apologeticæ Christophori Ruiz de Pedrosa, et Luque sup. qualitates occultas.‡= Eiusdem† Consultatio circa methodum ab ipso servatam in assistentia cuiusdam infirmi.= Ioannis Muñoz de Peralta Consultatio adversus præmissam Mellero Consultationem.=

† Mellero

Ibidem extat Aparisio Brunonis Epistola satisfactoria ad Gundisalvum de Aguilar sup. notas propositionem Lucæ de Gongora in materia mixtionis tabaci, vulgo del tabaco.= Eadem extat etiam §. 8. n. 35: [illegible] item† reperies opusculum prædicti Gongora satisfaciens ad instantias suo dictamini obiectas sup. mixtionem tabaci.=

N. †32.

§. 8. n. 32. Extat Francisci Ramirez Pacheco Dictamen Phisico-Medicum sup. mixtionem tabaci cum Ambræ pulveribus.=

§. 8. n. 32. Extat Duarte Nuñez de Acosta Apologia circa medicamen electivum ad purgandum in casu decubitus, vel raptus humoralis ad Caput, et circa Emissionem Sanguinis ex latere patiente paralysim subsecutam ad Apoplexiam.= Ibidem extat item Satisfactio ad Librum Ioannis de Cabriada inscriptum Epistola Philosophica Medico-Chimica.=

Ibidem extat Alvari Tenorio de Leon Satisfactio ad Scriptum Ioannis Moyano, Lucæ Appollinis nuncupatum sup. Methodum servandam in emissione sanguinis ex talo tibiæ, Vulgo tobillo, in Febribus, et Superioribus affectibus.=

ibidem extat Roderici Enriquez Dictamen sup. infirmitatem cuiusdam Monialis in dubio an naturalis esset, an Diabolica. = Extat etiam Joannis Balthasaris de Hariza opositio ad præmissum dictamen Doctoris Enriquez. =

§. 8. n. 75. Extat Joannis Muñoz de Peralta scrutinium in favorem Febrifugi Quina dicti adversus quemdam librum Josephi Colmenero. = Item Salvatoris Leonardi de Flores Vindicatio methodi rationalis curandi Febres tertianas, præmittens earum naturam, causam, indicantia curativa, et comitantia symphthomata, præsertim sudores syncopticos. = Item Ludovici Amici Bertran Apologia in defensionem Medicinæ substancialis, et universalis Aquæ Vitæ, seu lapidis Philosophalis. =

§. 8. n. 77. Extat Crisis Phisico-Medica defendens scriptum Josephi Ortiz Barroso Verdad Brillante nuncupatum adversus scripta quædam appellata Laberinto Apolineo: Trompeta: Desengaños Philosophicos, præcipue agentia de rationibus seminalibus, aliisque ad novam Philosophiam pertinentibus. =

§. 8. n. 78. Extat Bartholomæi Millan de Alozar Methodus curandi pestiferam contagionem Hispalensem ann. 1649. = Item Joannis de Saavedra Secunda additio contra ipsi adversantem circa emissionem sanguinis in accidente Papularum rubentium, vulgo Sarampion. =

§. 8. n. 80. Extat Responsio ad stultitiam inscriptam vulgo Cosquillas de buengusto circa Medicam extractionem Opii per spiritus Vini, vel Aceti. =

§. 8. n. 82. Extat Casimiri Niqué Mars pacificus de Ferro ad utilem medicinam præparando, et adaptando. = Item Francisci Josephi Solier, Rondon, et Velasco Expressio Veritatis ad scriptum Josephi Alfonsi Ojeda sup. Judicium cuiusdam infirmitatis, confectionem Hyacintorum, et causticorum usum. =

§. 8. n. 86. Extat Joannis Gil Sanz Triumphus Acidi, et Alkalis existentis in omni re

Phisica Medica.

Creata trium mundi, nempe, Mineralis, Vegetabilis, et Animalis, in eisque à Deo reposita pro beneficio Mortalium adversus Dialogum Martini Martinez Medicina Esceptica inscriptum.=

H. 8. n. 3. extat Francisci Fregoso tractatulus de natura Causis, et Curatione morbi Dracunculi, Vulgo Culebrilla.= Item Cuiusdam Apologia pro Oleo de Aparicio Vulnerum Curativo ad Chyrurgos Hispalenses.= Item Didaci Lopez Bernal Expressiones Medicae adversus quasdam decisiones Simonis de Sylva circa Febrem Hecticam an includat essentialiter morbosam Siccitatem: an Hectica tabida possit cum Hydrope inveniri, et unde proveniat Calori Hectico esse habitualem.=

Ibidem item Andreæ de Chaves Consultatio ad Societatem Medicam Hispalensem sup. methodum ab eo inceptam in assistentia, et Curatione Cuiusdam infirmi, et funesto fine ab aliis non Continuatam.= Item Alfonsi Faxardo de Leon Disputatio adversus Benedictum Matamoros sup. Iudicium Cuiusdam infirmitatis, et Curationem eius per Emissionem Sanguinis.=

Ibidem item Petri Fernandez Marañon Efficacia remedia pro Pestis preservatione, et Curatione.= Item Ferdinandi de Sola fragmentum de methodo Curandi morbum Vulgo Garrotillo: et annotatio in quemdam Galeni Locum circa Calorem Diureticorum.= Item Ildephonsi Nuñez reflexum Iudicium Phisico-Medicum super quasdam Margaritas ex India tunc allatas.=

H. 8. n. 22. extant Levini Lemnii quatuor Libri de occultis naturæ miraculis Phisico-Medice perpensis.=

K. 8. n. 2. extat Andreæ Libavii tractatus Phisico-Medicus de Cruentatione Corporis hominis occisi presente Viro Agressore, aut interfectore.=

K. 8. n. 20. extant Balduini Ronsei Prefatio, et Centones de primordiis hominis, nempe, de Semine, eiusque necessitate ad generationem, Vasis Seminariis Utriusque Sexus, naturalibus Uteri facultatibus, Vulva, Situ, et primo in ea gerritis, Signis Conceptus, Masculi, vel Feminæ notis, Fœtus formatione, Seminis, et superfetatione, Progenitorum similitudine, Conceptionis impedimentis, Sterilitatis remediis, et ad Venerem stimulis, Abortus Causis, partus temporibus, Gravidarum observatione, partus acceleratione, et

Officio Obstetricis, ac modo excipiendi Fœtum, partubus contra naturam, Secundis remorantibus, Fœtus editi educatione, Nutrice, Lactis boni, et mali signis, Fœtus mortui extractione, Cgonibus eximendis, Menstruis, Mensium Stillicidio, nimiaque purgatione, Suffocatione ab Vtero, fluore muliebri, Mola, Symptomatibus partui supervenientibus, Mammarum Vitiis, Lacteque Vitiato, Infantium dentitione, Vigiliis, fluxu, et restrictione Ventris, prominentia Vmbilici, Sternutatione Tussis, anhelitus difficultate, Vomitu, aurium humiditate, et inflammatione, atque de Linguæ ligamine.=

K. 8. n. 52. extat Marcelli Donati historia Medica in septem libros divisa, et aucta per Gregorium Horstium, ubi varias, et notabiles species a Medicis descriptas, et observatas colligit, et dilucidat, suique temporis admirandas annectit nonpaucas.=

K. 8. n. 65. extat Francisci Baconis de Verulamio Sylva Sylvarum historiæ naturalis Phisico-Medicæ digesta in decem Centurias experimentorum circa varios, mirabiles naturæ motus, et effectus.= N. 62. Historia naturalis experimentalis Ventorum, densi, rari, gravis, levis, Sympathiæ Antipathiæ, Mercurii, Salis, Vitæ, mortis, formæ calidi, et variarum Specierum motus, seu Virtutis Activæ, atque Causarum fluxus, et refluxus Maris.=

L. 8. n. 13. extant Alexii Pedemontani Sex Libri ex italico in Latinum traducti miraquadam Varietate Secretorum naturæ referti.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Phisica totalis.

A. 8. n. 63. extat Joannis Henrici Alstedii tabula inter alias Disciplinarum quartadecima, quæ est de Phisica totali, delineansque totam Phisicæ Spheram, et eam dividens in Physiologiam, et Cosmologiam. Hæc de Mundi principiis, et proprietatibus. Physiologia in simplicem, et Collativam. Hæc ~~[illegible]~~ dicitur Physiognomia, estque generalis, et Specialis. Physiologia Simplex est generalis de Corpore naturali, huiusque Constitutione, et affectione: et est Specialis de Corpore naturali Simplici, et mixto imperfecto, ut Methiora, et perfecto inanimato, ut Lapis, Metallum, et animato Vegetabili, ut Planta, et Animali ut Bestia, et homo, quorum
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

affectiones sunt Vita, Vitalis facultas, et Sanitas de cuius conservatione, vel reparatione curat Medicina.=

Huius Phisicæ totalis agit Author breviter hic in Compendio Disciplinarum Lib. 13. eam diffiniens esse Scientiam Corporis naturalis, et veluti totius naturæ theatrum, eamque dividens iuxta multiplicem Corporis naturalis divisionem, et explicans uniuscuiusque subiectum, principia, et affectiones in genere, et in specie.= Ibidem Lib. 5. Cap. 11. ponit totius Phisicæ Nomenclaturam illam dividens in duos super Septuaginta Locos Communes, et quatuordecim supra Centum titulos.=

Insuper idem Author A. 8. n. 61. agit ex proffesso, et copiose de Universa phisica Lib. 13. eam dividens in octo partes, quarum prima Phisica [illegible] [illegible] generalis, aut in genere dicta per quindecim Capita tractat de Corpore naturali, eiusque principiis extrinsecis, seu Causis, et intrinsecis materia, Semine, hypostaticis, Sale, Sulphure, Mercurio, forma, natura, privatione, productione, quantitate, Loco, tempore, qualitate, motu, Vita.=

Secunda pars [illegible] est de Corpore naturali simplici, unde complectitur Vranologiam de Cælo, et Stæchiologiam de Elemento: atque per novem Capita tractat de principio, proprietatibus, et et partibus integralibus Cæli: de natura, et qualitatibus Elementorum, atque de Igne, Aere, Aqua, et terra.=

Tertia pars est de Corpore naturali imperfecte mixto, et appellatur Mictologia, et Meteorologia, tractatque per tredecim Capita de Causis Mixtione, temperamento, qualitatibus tactibilibus, visibilibus, audivilibus, gustabilibus, et olfactibilibus: de Meteoris, igneis, Aereis, Aqueis, terreis, et apparentibus, subiungitque immediate Compendium sex librorum Meteorologicorum Liberti Fromondi, eo quod inquit, in hac materia nihil subtilius, et utilius, et in paucorum manibus versatum.=

Quarta pars est de Corpore [illegible] perfecte mixto inanimato, diciturque Nectrologia, et per Vndecim Capita tractat de Corporibus subterraneis in genere, et in specie de Aquis mineralibus, Aere, et Igne subterraneis, Lapidibus, Metallis in genere, Auro, Metallis imperfectis, Mediis Mineralibus, Fossilibus mixtis, et Compositis.=

Quinta pars est de Corpore perfecte mixto Animato, et Vegetabili, diciturque Empsy-

chologia, et Phytologia, et per sex Capita trac-
tat de principiis, et affectionibus Corporis anima-
ti, generalibus Vegetabilium divisionibus, Herbis,
suffruticibus, fruticibus, et Arboribus.=

Sexta pars est de Corpore animato
sensibili ingenere, et in specie irrationali, et ra-
tionali, adeoque Continet Zoologiam, Therologiam,
et Anthropologiam, in quibus per septem Capita
tractat de partibus animalis, [illegible] de
affectionibus animalis, de Volatilibus, [illegible]
[illegible], Aquatilibus, [illegible]
[illegible], Terrestribus, [illegible]
[illegible], essen-
tia, et existentia hominis, huiusque partibus, et af-
fectionibus.=

Septima pars est Circa Phisicam Col-
lativam, quae dicitur Physiognomia, ubi per quin-
decim Capita tractat de Physiognomia ingenere, et in
specie Coelesti, Elementari, Meteorologica, Minerali, Plan-
tarum, herbarium, Animalium, et de signis Physiogno-
micis temperamenti, totius Corporis, Capitis, suarumque
partium, Colli, thoracis, Brachiorum, manuum, et Pe-
dum, atque de modo recte Utendi Signis Physiognomicis,
eaque rite applicandi.=

Octava pars et ultima Phisicae est Cos-
mologia, in qua per quatuor Capita tractat de Crea-
tione, fine, principiis internis, et proprietatibus
Mundi.= Tandem ad Calcem ponit theatrum totius
naturae perpetuis tabulis adornatum, et ingeniosissi-
me digestum, et Arithmologiam, sive Computum fe-
re omnium praecipuarum Mundi Specierum Creatu-
rarum, et humanorum membrorum Lectorem remit-
tens pro maiori notitia ad lib. suum 25. Sect. 1. Cap. 2.
et ad alios Authores.=

Tertia secundi Anguli Classis, Cuius Cathedra docet Mathematicam Scientiam de Corpore quanto secundum trinam dimensionem Longitudinis, Latitudinis, et Profunditatis

Mathesis Universalis.

B.1.n.22. extat Hugonis à S. Victore Liber 1. exceptionum priorum, vbi Cap. 8. agit de Mathematica, et partibus eius. = N.30. iterum lib. 2. erudit. Didascal. Cap. 2. tractat de Mathematica. = Hoc idem reperies apud Richardum à S. Victore in eodem primo Libro, et Capite Octavo exceptionum E.1.n.9. =

C.4.n.53. extant Gasparis Lax quinque libri generalium Calculationum secundum quantitatis dimensiones. =

E.4.n.15. extat Richardi Arsdekin theologia tripartita, vbi ~~tomo 2.~~ part. 2. tract. vltimo Cap. 9. ponit scientiae Mathematicae partes, Axiomata, Originem, et Authores. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Mathesis Arithmetica.

A.1.n.23. extat S. Isidori Liber 3. Origin. Vbi à Cap. 1. ad 9. tractat de Arithmetica. = Liber 16. à Cap. 24. ad 26. agit de mensuris, ponderibus, et signis ponderum. =

A.1.n.48. extat V. Bedae Presbyteri Liber de Arithmeticis numeris, eorumque speciebus cum mensa Pythagorica, sive abaco numerandi. = Dialogus de Computo: de Arithmeticis propositionibus, et aliquarum solutionibus: de ratione Calculi à duplo ad sexdecuplum: de numerorum divisione = Libellus item de ratione Vnciarum: atque ars numerandi per gestus, aut figuras digitorum cum glossa Bridferti, et scholiis Noviomagi. =

B.1.n.29. extat Hugonis à S. Victore Liber 1. excerpt. prior. Cap. 9. agens de Arithmetica: et N.30. liber 2. Didascal. erudit. Cap. 12. iterum de eadem. = Richardus de S. Victore E.1.n.9. habet idem vbi Hugo. =

D.1.n.21. extat Martiani Minei Capellae Liber de Arithmetica, qui etiam extat C.8.n.40. = A.2.n.24. extat Joannis de la Haye Liber de mensuris, ponderibus, et monetis cum eorum tabulis. = idem liber reperitur apud Jacobum Sirinum B.2.n.5. =

A.2.n.39. extat Leonardi Marii ad Cap. 16. Exodi Digressio de mensuris capacitatis. =
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

A.2.n.103. Extat Ludovici de Alcazar Opusculum de sacris ponderibus, et mensuris.=

B.2.n.20. Extat Cornelii Alapide Opusculum de ponderibus, et mensuris.=

B.2.n.35. Extat Augustini Calmet Supputatio monetarum Hebraicarum, et Judaicarum ad pondus Marchi, et figurae nonnullorum numismatum Judaeorum cum eorum explicatione, atque reductio suarum mensurarum ad Gallicas mensuras.=

H.2.n.1. Extat Bernardi Lamy liber 1. apparat. Biblici ubi Cap. 15. affert interpretationem numerorum veterum, eorumque cum Parisiensibus ponderibus collationem: et Cap. 16. vasorum Hebraicorum inter se, et cum Parisiensibus comparationem.=

A.3.n.10. Extat Petri Berchorii liber 13. Cap. 26. agens de numeris: Cap. 29. de mensuris: Cap. 30. de ponderibus.=

A.3.n.15. Extat Joannis Stephani Menochii liber 3. ubi Cap. 9. agit de mensuris longitudinis Hebraeorum: et Cap. 11. de capacibus eorum mensuris, et ponderibus.=

E.3.n.18. Extat Petri Bungi ad lectorem sui operis de misteriis numerorum praemonitio de Romanorum numeratione, et regulis quibus constat: Praefatio de natura, praestantia, utilitate, et necessitate Arithmeticae, et tandem in operis corpore multa de numerorum proprietatibus, et mysteria in sacris detegat numeris.=

G.3.n.3. Extat Joannis Riquelme Numericum Vaticinium circa Innocentium Undecimum.=

A.4.n.12. Extat Doctoris subtilis, et Mariani tractatus de rerum principio, cuius quaestio 16. dubitat an numerus distinguatur a re numerata.=

B.4.n.29. Extat Joannis Caramuelis Mathesis Vetus, ubi habet plures laminas Arithmeticas quamplurimis figuris Arithmeticis plenas, agitque speculative, et practice de Arithmetica, suisque speciebus Prearithmetica, Synarithmetica, Metarithmetica, Calculatoria, Numaria, et Astrarithmetica: De

Algebra, sive abstracta numerorum proportionalitate, ubi, ultra proemialia, multas curiosas enodat quæstiones: De Mathesi ferrea difficilimas Arithmeticæ quæstiones solo circino faciliter dissolvens.=

N. 35. extat eiusdem Mathesis Nova, ubi de Logarithmica arte ad numerum ignotum deducendum ex rationalibus, vel artificialibus numeris: de Arte Combinatoria, huiusque specie Kibeia de Alea, et Ludis: atque de Arithmomantia, sive divinatoria per numerorum Combinationes: De Diabete, sive Circino Arithmetico, et Calibro: de Pedarsica, Statica, et Hydrostatica docentibus Levare pondera gravia in terra, in Aere, et in aqua.=

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrani Liber 35. in quo de Arithmetica: et liber 30. ubi de monetis, et mensuris ponderum.=

C. 6. n. 3. extat Bartholomæi Marliani folium 113. de numeris antiquis.=

C. 6. n. 3. extat Ludovici Cælii Rodigini Liber duodecimus ubi à Cap. 6. ad 16. agit de numeris, eorumque speciebus.=

~~[illegible]~~

A. 8. n. 63. extat Ioannis Henrici Alstedii Tabula quintadecima, quæ est de Arithmetica, de qua agit in Compendio, et Lib. 5. Cap. 22. tradit sui nomenclaturam per Viginti quatuor Communes Locos, et Viginti duos titulos: et N. 69. agit copiose de eadem Libro 14. eam dividens in duas partes, in quibus agit in genere de subiecto, principiis, et affectionibus tam simplicibus, quam Comparatis: et in specie scientifica abstracta, concreta, et populari: tandemque tradit tres libellos Cossæ partis Arithmeticæ Collatio, docentis de novæ ex fictis numeris numeros veros Authore Ioanne Geysio.=

B. 8. n. 3. extat Adriani Ame-

rotii Compendium de notis Arithmeticis Græcorum.= Vide E. 8. n. 12.=

D. 8. n. 1. extat Prisciani libellus de Numeris.=

D. 8. n. 19. extant Gasparis Lax duodecim libri de Arithmetica speculativa, quorum primus de proprietatibus numerorum communium: Secundus de Communium proportionum, et proportionalitatum passionibus: tertius de numero primo, et Composito secundum, et ad invicem, ac de numeris in aliqua proportione minimis: Quartus de numeris Continue proportionalibus: Quintus de additione, substractione, et partitione proportionum: Sextus de numeris quadratis, Cubicis, superficialibus, similibus, et solidis: Septimus de numeris pariter, et impariter paribus, et imparibus, abundantibus, et diminutis: Octavus de Commensurabilitate, et incommensurabilitate quorumlibet numerorum eiusdem rationis: Nonus de additione, substractione, partitione, et divisione numerorum fractorum vulgarium: Decimus de speciebus proportionum rationalium equalitatis, earumque procreatione, resolutione, et Compositione: Undecimus et Duodecimus de medietatibus principalibus, et minus principalibus Arithmeticis.=

E. 8. n. 9. extant Variæ notæ, sive Characteres numerorum.=

E. 8. n. 18. extat Athanasii Kircheri Prodromus Ægyptiacus, in quo de numeris Coptitarum, vel Ægyptiorum.=

F. 8. n. 62. extant Ioannis Perez de Moya novem libri de Arithmetica, quorum primus de quatuor regulis generalibus integrorum numerorum: Secundus de numeris fractis, eorumque differentiis, et operationibus: tertius de regula trium, aliisque documentis ad artem minorem spectantibus: Quartus est Geometricus: Quintus de Arithmetica speculativa: Sextus de regulis ad Computandum sine Calamo, et reducendi hispanicas monetas in alias: Septimus de regulis artis maioris: Octavus de nonnullis notis Arithme-

tiis, monetis, et ponderibus Antiquis, et methodo inveniendi festa mobilia Ecclesiastica: Verus est quidam Dialogus de Laudibus, et necessitate Arithmetice.=

E.8.n.11. Extat Joannis de Hortega tractatus practice Arithmetice Correctus, et Auctus per Gundisalvum Busto.=

E.8.n.12. Extat Geminus Frisii quatripata methodus facilis practice Arithmetice.=

E.8.n.80. Extat Francisci de Seyxas, et Losada Tabella ad facilem Comprehensionem numerorum Arithmetice, reductionem monetarum, Valoremque numerorum, ponderum, et mensurarum Castelle, et principaliorum Europe Regnorum.=

E.8.n.84. Extat Compendiosa explicatio quinque regularum practice Arithmetice.=

K.8.n.45. Extat Valentini Menher de Kempten Praxis Arithmetica Germanice impressa, ut quis numerare sciat, et habere rationis Libros ad negotiationem, et mercaturam spectantes.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Mathesis Geometrica.

A.1.n.47. Extat S. Isidori Liber 3. Origin. ubi à Cap. 10. ad 12. agit de Geometria, eiusque Origine, partibus, et figuris.=

B.1.n.29. Extat Hugonis à S. Victore Liber 1. Excerpt. prior. ubi Cap. 11. agit de Geometria, et partibus eius.= N.30. Iterum Lib. 2. Erudit. Didascal. Cap. 10. et 12.= Idem reperies apud Richardum à S. Victore E.1.n.9.=

B.1.n.21. Extat Martiani Minei Capelle liber de Geometria.= Iterum C.8.n.10.=

B.4.n.72. Extat Joannis Caramuel Mathesis vetus Continens plures laminas multiplices figuras Geometricas exprimentes: quatuorque Syntagmata, quorum tertium sex tra=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

bet proemiales articulos Geometriæ generalis, et octo suarum partium libros, in quibus tractat de Geometricis fundamentis, punctis, Lineis, Angulis, superficiebus, et Solidis: de metamorphosi, seu transmutatione figurarum Geometricarum, earumque augmento, et imminutione.= Quartum Syntagma est de Geometria Speciali speculativa, et practica, suisque materialibus speciebus, videlicet, Centroscopia, Orometria, Hydrographia, Ærographia, et Sciographia.=

N. 15. Extat eiusdem Mathesis nova, sex continens Syntagmata, quorum tertium agit de trigonometria generali docente ex evidentibus principiis illationes deducere circa linearum, et angulorum quantitatem.= de trigonometria procedente per Logarithmos refluentes.= de trigonometria astronomica Logarithmicam æqualitatem in omni oppositione Geometrica demonstrante.= de Rectangulo Æthereo Loca, et motus Stellarum metiente.= Quartum de Comunibus instrumentis, quibus Vtuntur Mathematici, et præcipue de Diabete, sive Circino in Communi, et in particulari.= Quintum de Metheorologia terrea, Aquea, Aerea, et ignea Geometrice.=

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrano Liber 35. agens de partibus Geometriæ, proportione, Optica, et Catoptica.=

F. 6. n. 2. extat Ioannis Vernero Libellus de Viginti duobus Conicis elementis, sive principiis geometricis.= Paraphratica enarratio in Vndecim modos conficiendi problema illud, quod Cubi duplicatio dicitur, et qualis eius fuerit Origo.= Commentatio in Dionysodori problema, quo data sphæra plano sub data secatur ratione, Cum alio Authoris modo idem conficiendi problema.=

A. 8. n. 63. extat Ioannis Henrici Alstedii sextadecima tabula delineans Geometriam, de qua ibidem compendiose agit, suamque ponit Nomenclaturam Lib. 5. Cap. 13. et N. 69. tractat de ea copiose ipsam[+] dividens in duas partes, quarum prima est de Geometria generali, et abstracta explicans eius subiectum, principia, affectiones, et species

Lib.[+] 15.

*

F. 8. n. 62. extat Joannis Perez de Moya Liber 4. Arithmeticæ tractans de regulis geometricis.=

Mathesis Geometrica.

subiecti per Vndecim Capita: Secunda est de Geometria Speciali dicta Geodæsia, versaturque circa certam metiendam materiam: Vnde per quinque Capita expendit principium, seu mensuram famosam vel naturalem, vel artificialem, et eius partes Longimetriam, Planimetriam, et Stereometriam.= tandem ad Calcem libri 20. ponit, tanquam appendicem ad disciplinas Mathematicas, Opusculum Joannis Geysii Continens quatuor partibus Schematometriam de figuris Geometricis mensurandis tam in genere, quam in specie simplici, et Collativa.=

D. 8. n. 19. extant Gasparis Lax libri Vndecimus, et Duodecimus Arithmeticæ tractantes de principalibus, et minus principalibus Geometricis medietatibus.=

* G. 8. n. 11. extant Joannis de Hortega regulæ geometricæ ad metiendam generis cuiuscunque figuram.=

K. 8. n. 80. extat Blasii Martinez de Velasco explicatio Sexti libri geometricorum Elementorum Euclidis.=

~~~~~~

Mathesis Cosmographica.

In primis videatur titulus, sive Locus Phisicæ de Cælo, et Mundo, ubi ad minus insinuantur multa, quæ se habent tanquam Cosmographiæ fundamenta.=

A. 1. n. 19. extat Honorii Augustodunensis ex tribus libris de Imagine Mundi Liber primus, qui est de Mundi Sphæra.=

A. 1. n. 95. extat S. Isidori Liber 3. Ethymolog. cuius Capita 28-29. sunt de Mundo, eiusque nomine, et forma.= Liber 13. tractat de Mundo, et suis partibus.= Liber de natura rerum à Cap. 9. iterum de Mundo, eiusque Circulis, et partibus.=

A. 1. n. 98. extat V. Bedæ Liber de Mundi Cælestis, et terrestris Constitutione, Sphæra, Circulis, et Polo.= Liber de natura rerum sive de Mundo, Mundi rebus, ordine, et motionibus.=
~~~~~~

*

A. 8. n. 23. extat Athanasii Kircheri Ars magna Lucis, et Umbrae, ubi agit inter alia quamplurima de Cosmometria ad indagandum per Lucem vel Umbram positum Mundialium situs, quantitates, magnitudines, et altitudines.=

D. 1. n. 13. extatat S. Anselmi duo Libri de Imagine Mundi, quorum primus globum mundi totius repraesentat: Secundus proponit tempus, in quo Mundus volvitur.=

B. 2. n. 32. extat Augustini Calmet Dissertatio sup. Ecclesiastic. de Systhemate Mundi ex Sententia Veterum Hebraeorum.=

E. 1. n. 15. extat Richardi Ardekin Brevis notitia, et divisio Universi Orbis in quatuor partes principes, illarumque, praesertim Europae, subdivisiones.=

H. 5. n. 9. extat Manipulus Fratr. Minor. ubi part. 8. Cap. 26. ponitur distinctio Corporum Universi.=

B. 6. n. 12. extat Raphaelis Volaterrani Liber de Orbis magnitudinem ad Cli rationem accommodans, dierumque, ac noctium varietatem, et Insularum, situsque differentiam, et naturam expendens.=

C. 6. n. 2. extant Claudii Ptolomei Octo libri Cosmographici, quorum primus est de differentia Cosmographiae a Chorographia, et praesupponendis ad Cosmographiam: Secundus describit plagam magis Occidentalem Europae: tertius, Orientalem eiusdem Europae partem: quartus totam Africam: quintus, Primas partes Magnae Asiae, Ponti: Sextus, partes alias eiusdem Asiae: Septimus, Ultimas eiusdem Asiae partes, ponit summariam descriptionem tabulae nostri Orbis, Circularis Sphaerae cum terra habitabili, et Epilogum: Octavus, et ultimus Continet Viginti Sex tabulas ostendentes graduum inaequalitatem, aut differentiam, quam habent nonagintaquatuor Prov. dividentes Europam, Africam, et totam Asiam.=

L. 6. n. 2. extant Pomponii Melae tres Libri de situ Orbis cum annotationibus Olivarii: et eorumdem Castigationes per Hermolaum Barbarum extant C. 8. n. 9.=

*

A. 8. n. 63. extat Ioannis Henrici Alstedii tabula decimaseptima de Cosmographia, de qua breviter agit in Compendio disciplinarum, et Lib. 5. Cap. 29. offert eius nomenclaturam: e

Mathesis Cosmographica.

N. 62. Late tractat de ea Lib. 16. Vbi de Mundi quantitate, figura, situ, et partibus accidentalibus, atque de eiusdem figura representativa.=

C. 8. n. 5. extat Thomæ Rocha tabula, seu figura mundi maioris omne Corporeum decem Circulis Continentis.=

C. 8. n. 12. extat Martini Fernandez de Enciso Spheræ figura, suaque Vulgaris explicatio.=

D. 2. n. 1. extat Prisciani Poema de Situ Orbis.=

F. 8. n. 55. extant Melchrioris de la Cerda Septem Libri topographicæ descriptionis totius Mundi, suarumque partium superiorum, et inferiorum.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Mathesis Astronomica.

In primis Videatur Phisica de Cælo vbi forte multa sunt reposita, quæ deserviunt ad minus tanquam Astronomiæ fundamenta: et notetur quod sub hoc titulo non tandum Astronomica ponendur, sed Astrologica tanquam Cum illa Conexa. Necnon, et Horologica.=

A. 1. n. 8. extat Synesii Cyrenes Episcopi Encomium Astrolabij.=

A. 1. n. 19. extat Petri Alphonsi Iudæi Christiani titulus primus Dialogorum Contra Iudaicos errores agens de ortu, et occassu Solis, et Stellarum.=

A. 1. n. 23 extat Ioannis Saresberiensis Liber 2. Policratici agens de prædictionibus Astronomicis.=

A. 1. n. 97. extat S. Isidori Liber 3. Ethymolog. à Cap. 24. agens de Astronomia, eiusque differentia ab Astrologia, suis inventoribus, scopo, et partibus: à Cap. 30. de Cælo, suisque partibus, Luminaribus, Stellis, motionibus, et Cursibus.= Liber 13. à Cap. 4. iterum de Cælo, suisque partibus, et Circulis.= Liber de natura rerum à Cap. 12. iterum de Cælo, Planetis, Syderibus, et eorum Cursibus.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

A. 1. n. 98. extant V. Bedæ opuscula de Planetarum, et Cælestium signorum ratione, ordine, figura, ortu, et occasu: de Mensium proprietatibus erga hominis Commodum: de Prognosticis per tonitrua in Mensibus, aut diebus accidentia: per diem, in qua inceperit Januarius, et per prædominium Solis, vel Lunæ in prima hora noctis prædicti Mensis: de signis, et horis Mensium[+]: de diebus Criticis, seu periculosis: et de Astrolabio. = Item Liber de natura rerum agens de Cælis, Stellis, et Cursu Planetarum: et tandem Rota ad prospera vel adversa prædicenda. =

[+] Libellus de mensura Horologii, et Horologium per humani Corporis umbram:

B. 1. n. 10. extat Alcuini Epistola 5. de Cursu Lunæ per singula signa. = Epist. 6. de Cursu Solis per eadem signa. = de eodem argumento agit Epist. 19 – 25 – 26. =

B. 1. n. 29. extat Hugonis à S. Victore Liber 1. excerpt. priorum Cap. 12. tangens de Astronomia, et Astrologia, de quo iterum Lib. 2. Erudit. Didascal. Cap. 11. et Cap. 15. = Idem habet Richardus à S. Victore E. 1. n. 9. =

D. 1. n. 10. extat Joannis Gerson trilogium Astrologiæ, ubi de judiciis Astrologicis, et libris Astrologorum. =

D. 1. n. 17. extat S. Anselmi Liber 1. de imagine mundi à Cap. 25. agens de Cælo: Liber 2. à Cap. 2. agens de Zodiaco. =

D. 1. n. 21. extat Martini Mingi Capellæ Liber de Astronomia. = Iterum C. 8. n. 10. =

C. 2. n. 52. extat Benedicti Pererii Liber 2. in Genesim diffusam habens de divinatione Astrologica disputationem. =

A. 3. n. 10. extat Petri Berchorii Liber 5. ubi de Cælo, Corporibusque Cælestibus. =

D. 3. n. 160. extat Antonii Sousa de Macedo pars 1. Cap. 28. tractans de principio, progressu, usu, et abusu Astronomiæ, et Astrologiæ. =

B. 4. n. 59. extat Joannis Caramuelis Ars brevis, et facilis ad determinandum Cuiusvis Planetæ motum, Locumque medium, et Verum. = N. 55. Mathesis nova, ubi agit de Rectangulo Æthereo Stellarum motus, locaque metiente. = de Diabeta seu Circino Optico, vel Astronomico, et Planetario. =

Mathesis Astronomica.

De interim sive pro nunc Astronomico, atque de trina Astronomia Sphærica, Oscillatoria, et Rectilinea, super quas restituitur in appendice, tradi[t]que regulas ad condendas Astronomicas tabulas, concinnandas Ephemerides, et ad Eclipsium resolutiones.=

C.9.n.110. extant Joannis Pico Mirandulano duodecim Libri adversus Astrologiam, et Astrologos Judiciarios.=

D.4.n.37. extat Bernardi Sannig tractatus 2. Distinctioque 3. tractans de Astrologia, eiusque permissione, et prohibitione.= N.38. tractatus de Horographia, sive Horologiis.=

D.9.n.99. extat Francisci à S. Clara Epistolium adversus Astrologiam Judiciariam circa tempus, aut genus mortis, et circa actus humanos liberos.=

K.4.n.27. extant Georgii Buti quæstiones de Ortu, et Occasu Signorum in Sphæra Recta, et Obliqua: de diversitate dierum, varietate temporum erga habitatores Orbis, et possibilitate habitationis sub Circulo æquinoctiali.=

B.6.n.11. extat Raphaelis Volaterrani Liber 35. agens de Astrologiæ partibus, Circulis Cœlestibus, Sole, Luna, reliquisque Planetis, Sphæris, et Phænomenis: et Liber 26. in fine de prognosticis temporum, et tempestatum.=

F.6.n.2. extat Joannis Vernero tractatus triginta quatuor propositionum de motu Octavæ Sphæræ: aliusque septem reprehensionum tabularum Alphonsinarum cum summaria narratione theoricæ motus prædictæ Octavæ Sphæræ.=

E.7.n.69. extat Joannis de Pinamonti tractatus contra Leges, et regulas Astrologorum futura ex Astris divinantium.=

A.8.n.15. extant Athanasii Kircheri Observationes, et figuræ Corporum Solaris, et Lunaris.= N.26. Classis 5. Sect. 9. est de Astrologia Hieroglyphica Ægyptiorum, et Chaldæorum.= N.25. agit de Astronomia magnetica.= N.27. Ars magna Lucis, et Umbræ in decem Libros

digesta, in quibus habet inter alia plura apparatum ad Gnomicam curiosam, sive ad Horologiorum machinam, agitque de Horologiis Astronomicis, Italicis, et Babylonicis: de Ouranographia Gnomica: de Astrolabiographica, ubi de Horologiis Catholicis, Æquinoctialibus, et Gnomica Phisico-Astrologica: de Astronomia tandem reflexa, et refracta, atque de Magia Lucis, et Umbrę, suisque reconditis tribus effectibus in prodigiosis Horologiis.= Vide infra.=

A. 8. n. 63. extat Joannis Henrici Alstedii tabula decima octava delineans Uranometriam, sive Astronomiam, de qua breviter agit in Compendio disciplinarum, cuiusque nomenclaturam exhibet Lib. 5. Cap. 25. per distributionem in decem et novem Communes Locos, et Octoginta septem Titulos: et tandem N. 69. Lib. 15. eam late proponit in quatuor partes divisam, quarum prima Sphęrica per quindecim Capita tractat de motu primi mobilis, Axe, et Polo Sphęrę Cęlestis, Æquatore, Zodiaco, Coluro, tropico, Circulis polaribus, Meridiano, Horizonte, primo mobili figurato, Cęlo Cristalino, Dimensione Octavę Sphęrę, Stellis fixis, harumque affectionibus, et Octava Sphęra figurata in globo Astronomico.=

Secunda planetaria per quatuordecim Capita expendit numerum, Orbes, motus, passiones, et aspectus Planetarum, theoriam Solis, Lunę, Saturni, Jovis, Martis, Veneris, et Mercurii, Parallaxim, et Eclipsim in genere, et in specie Solis, et Lunę.= Tertia pars Computista tractat de Minuto, Hora, Die, Septimana, Mense, Anno, Canone Mathematico, et Kalendario per Octo Capita.= Quarta pars Astrologica per decem Capita tractat de modo, quo influunt Sydera in inferiora, de viribus Planetarum, Stellarum fixarum, et Signorum Zodiaci, de dignitatibus essentialibus, et accidentalibus Planetarum, et duodecim Cęli domiciliis, atque de Prognosticis Idiomatico, Symptomatico, et Genethliaco.=

C. 8. n. 2. extat Theophrasti libellus de signis Pluviarum, Ventorum, serenitatis, et Tempestatum.=

C. 8. n. 5. extat Thomę Rocha Figura Zodiaci etc.= Item Prefatio, et Liber tribus Constans tractatibus adversus tot alios contra eius Ephemerides scriptos per Augustinum Nimphum.=

item Responsum ad quemdam Dominicanum contra Necromanticos: et aliud adversus Ferdinandum de Enzinas super quosdam singulares effectus an fuerint Causati à Dæmone, vel ab Astris. = item Compilatio quædam terminos explicans Astronomicos. = tandem Prognostica annorum 1528 et 1529. =

C. 8. n. 93. Extant Petri Antonii de Planeas Ephemerides ad Meridianum Cordubensem ab anno 1504. ad ann. 1510. cum præludiis ad intelligentiam Conducentibus. =

D. 8. n. 3. Extat Antonii Mariæ Schirleo de Rheita Radius Sydereus Veros Planetarum motus solo Excentrico tradens: Hypothesis Tychonis absolutam Veritatem stabiliens, Copernicam reformans, faciliorenque reddens: Probabilissimam Causam fluxus, et refluxus Maris Ostendens: Rationem brevem Conficiendi Telescopium Astronomicum docens, et tandem Planetologium mechanicum paucissimis rotis Veri motus omnium Planetarum Ostendens. =

D. 8. n. 12. Extat Petri Montis Liber 2. à Cap. 26. agens de Astrorum Viribus in Corpora, et Animas hominum: Liber 6. Cap. 32. de Cæli, Solis, et Lunæ motu, et mutationibus.

D. 4. n. 22. Extant Iulii Hygini libri quatuor, in quibus agit de Mundo, et Sphæra, de Signorum Cœlestium historiis, descriptionibus, et figuris, atque de notatione quinque Circulorum inter Corpora Cœlestia, et de septem Planetis. = Ibidem Procli Libellus de Sphæra Latine redditus à thoma Linacro. = Item Arati Solensis Phænomenon de Sphæra, et Cœlestibus signis, atque Apparentia metrice describens Signorum, et Syderum apparentium figuram, et motum, prognostica que Cœlestia, et terrestria. =

E. 8. n. 16. Extant Ioannis de Roias Commentaria in Astrolabium, vel Planisphærium sex libris exponentia materialis Sphæræ diffinitionem, divisionem, Inventorem, Usum, Domos Cœlestes, dimensiones, modum describendi

Provincias, atque artem Conficiendi Planisphærium, sive Astrolabium.=

Joviani F. 8. n. 1. Extant Joannis traductio, et Commendt. Centum sententiarum Astrologicarum Cuiusdam Libelli Claudii Ptolomæi, et quatuordecim Libri de rebus Cœlestibus, earumque motibus, affectionibus, Virtutibus et Cantationibus Circa sublunaria, et præsertim Circa humana Corpora: et fragmentum de Luna.=

F. 8. n. 27. Extat Athanasii Kircheri Iter extaticum Cœleste, in quo Mundi Cœlestis, Syderumque fixorum, et errantium natura, Vires, proprietates, Compositio, et Structura explorantur, novaque hypotesi ad Veritatem exponuntur, cum prælusionibus, Schollis, et Schematismus Gasparis Schotti, additis præmonitione Nicolai Mohik ad Lectorem, et duobus Libellis apologeticis prædicti Schotti, et Melchioris Cornæi pro Itinere Kircheriano.=

F. 8. n. 29. Extat Joannis de Sacro Bosco tractatus de Sphæra quatuor Capitibus agens de ratione Sphæræ, eius Centro, Axe, Polo, forma Mundi, Sphærarum numero, Circulis, Ortu, Occasu Signorum, Varietate dierum, et noctium, divissione Climatum, Circulis, et motibus Planetarum et Causis Eclipsium, cum præfatione, Commentariis, et additionibus Chrystophori Clavii.= R. 2. n. 3. iterum habes hoc ipsum opus de Sphæra cum Scholiis Æliæ Vineti.=

F. 8. n. 59. Extat Martini Martinez finale Iudicium Astrologiæ probans in favorem theatri Critici Vniversalis Astrologiam esse naturaliter Vanam, et ridiculam: moraliter falsam, et periculosam: Politice inutilem, et præiudicialem.=

Ibidem extat Didaci de torres Villaroel sepultura dicti Iudicii finalis, et Astrologia rediviva ostendens per oppositum Astrologiam esse in naturalibus bonam, et Certam: in moralibus Veram, et Securam: in politicis Vtilem, et proficuam.= Item Pragmatica temporis determinatio in favorem bonæ Astrologiæ adversus prædictum finale Iudicium.=

Ibidem extat eiusdem Torres Iter Phantasticum in quo, quantum ad praesens describuntur Cæli, Astra, Sydera, motus, qualitates, influxus Eclipsium Solis, et Lunæ, Causationes superiorum, et inferiorum Causarum, domus Signorum, et influxus tam particularis Eclipsis anni 1724. diei 22. Maij, quam generalis omnium usque ad finem Mundi cum aliis Curiositatibus.= Tandem N. 60. extat eiusdem Astrologicum+ sup. Phenomenon trium Ignearum Columnarum Visarum in Horizonte Hispanico ann. 1730.=

+Iudicium

§. 8. n. 13. extat Antonii de Naxera Summa Astrologica in duas partes divissa, quarum prima velut introductoria tractat per triginta quinque Capita de Planetarum, Signorum, et Stellarum naturis, qualitatibus, motibus, et influentiis naturalibus, et accidentalibus, vel potius absolutis, et respectivis cum aliis praesupponendis ad iudicium temporis, et Aeris Alterationum formandum, et Kalendario Astronomico totius anni Ortus, Meditulii, et Occasus Solis, notabiliumque firmamenti Stellarum.= Secunda per Viginti Capita tradit modum formandi iudicium temporum tam in genere per Eclipses Solis, et Lunæ, quam in particulari per Coniunctiones, oppositiones, et quaternas Lunæ novitates cum multis aphorismis, et regulis ad maiorem dictorum Confirmationem.=

§. 8. n. 22. extat Francisci Godoy Scriptum adversus Cuiusdam religiosi Iudicium Circa quemdam Cometam formatum.=

§. 8. n. 28. extat Ioannis Merino Alvarez Prognosticon destructionis Imperii Mahometici, et exaltationis Hispanici, Ecclesiæque Christianæ.=

K. 8. n. 3. extat Petri Nonii demonstratio de inæquali Climatum Latitudine ad Caput de Climatibus.= Ioannis Regii montis Expositio de Causis inæqualitatis dierum ad Almagestum Ptolomæi.= Schedula de Ortu, Occasu, et Occultationibus Planetarum sub radiis Solis ex Alfergrano.= Anonymi Libellus de Ortu poetico, sive de Ortu, et Occasu Stellarum fixarum.=

ibidem Pierii Valeriani Compendium in Sphæram. = tandem Procli Libellus prognosticorum ex eclipsibus. =

K. 8. n. 17. extant Claudii Ptolomæi Significationes Stellarum fixarum per duodecim anni menses iuxta Kalendas, Nonas, et Idus computatos. =


K. 8. n. 17. extant Georgii Collimitii Canones Astronomici per respectum ad Medicinam. =

K. 8. n. 19. extat Hieronymi Cortes Lunarium, Prognosticonque perpetuum generale, et particulare pro quovis Regno, vel Provincia. = Tractatus de Astrologia Rustica. = Dialogus circa nonnullas Astronomicas difficultates. =

K. 8. n. 26. extant Varia prognostica pro annis 1734. - 1735. =

K. 8. n. 48. extat Petri à S. Mª. Magdalena tractatus Horolographiæ theoricæ, et practicæ ad conficienda cuiusvis generis Horologia. =

K. 8. n. 79. extat Francisci de Afferden Athlas abreviatus, præmittens Planisphærium Globi, et brevem Globi Cœlestis explicationem. =



Mathesis Geographica.

A. 1. n. 8. extat Pauli Orosii Liber 1. hist. cap. 2. describens, et dividens Globum terrestrem. = Iterum D. 6. n. 1. = A. 1. n. 12. extat Iornandis Episcopi Ravennæ Liber de rebus Getarum, aut Gothorum à cap. 1. describens Orbem terrestrem ex Sententia Orosii. = (margin: A. 6. n. 6. et)

A. 1. n. 19. extat Petri Alphonsi Iudæo-Christiani titulus primus Dialogor. contra Iudæos tangens de Sphæra terræ, parteque ejus habitabili, et inhabitabili. =

A. 1. n. 19. extat Honorii Augustodunensis Liber primus à Capite quarto, et Li-

ber quartus de Philosoph. Mundi agentes de terra.= A.1.n.23. extat S. Isidori Liber 13. Ethymolog. per novem Capita tractans de terra, huiusque divisione, et partibus, atque situarum regionibus, insulis, Montibus ettª.= Liber 15. Cap. 15. et 16. de mensuris Agrorum, et itineribus.= Liber de rerum natura iterum de positione terræ, suisque partibus.=

A.1.n.48. extat V. Bedæ Liber de natura rerum à Cap. 45. agens de terræ positione, figura ettª.= Libellus item describens Vrbis Hierosolimitanæ situm, sacrorumque locorum.=

B.1.n.29. extat Hugonis à S. Victore Liber 3. excerpt. prior. tractans de situ terrarum, sive de tribus Orbis terrestris partibus, et vniuscuiusque subdivissionibus.= Hoc ipsum habes apud Richardum à S. Victore E.1.n.9.=

D.1.n.1. extant tabulæ sacræ Geographiæ omnimodam per alphabetum continentes notitiam nominum Vtriusque testamenti ad Geographiam pertinentium.=

D.1.n.13. extat S. Anselmi Liber primus de imagine Mundi à Cap. 1. agens de terra, suisque partibus.=

A.2.n.2. extat apud Bibliam maximam Chorographia terræ sanctæ ad augustiorem formam redacta.= Item N.º 29. Geographica descriptio locorum omnium Vtriusque testamenti iuxta Veterem interpretem.=

A.2.n.105. extat Iacobi Bolduciiª Topographica descriptio terræ Hus, et aliarum regionum, Vrbiumque adiacentium.=

B.2.n.31. extat Augustini Calmet sup. Genes. Dissertatio circa Regionem Ophir.= N.33. in Appendice tabula Geographica terræ promissionis cum animadversionibus.= N.34. iterum eiusdem terræ promissionis tabula.= item tabula Regionum, quas Apostoli perlustrarunt, et celebriorum locorum, Vbi prædica-

runt Evangelium.= Tabula item itineris, et mansionum Israelis ab exitu Ægypti usque ad transitum Jordanis.= Deinde novus Conspectus Veteris Hierusalem.= N.35. tandem tabula terreni Paradisi.= C.1.n.25. extat Alphonsi Salmeron Prolegom. 41–42. describens Syriam, terram promissionis, Hierosolimam, et templum.=

H.1.n.1. extat Bernardi Lamy liber 1. apparat. describens totum terræ Orbem, terram promissionis, Veterem Hierosolimam, Moisis tabernaculum, et Salomonis templum cum tabulis cuique rerum correspondentibus.=

A.3.n.10. extat Petri Berchorii liber 11. tractans de terra, suisque partibus.=

C.3.n.49. extat Joannis Baptistæ Poza Geographia, Mysteriorum, et Peregrinationum Deiparæ Virginis.=

F.3.n.165. extat Garsiæ Galarza liber 6. continens Geographiam terræ promissionis, et præsertim Locorum, ad quæ Christus divertit.= K.3.n.51. extat Calixti Placentini Compendiosa Syriæ descriptio.=

B.4.n.49. extat Joannis Caramuelis Mathesis Vetus, ubi agit de Geographia terræ superficiem considerante.=

D.4.n.38. extat Bernardi Lamy tractatus de Geographia.=

A.5.n.59. extat Index Geographicus exhibens nomina, et situs Episcopatuum, et Episcoporum, de quibus in opere Harduini de Conciliis fit mentio.=

H.5.n.9. extat Manipuli fratr. Minor. pars 8. Cap. 23. agens de distinctione locorum.= A.6.n.11. extant Christiani Adricomii tabulæ Geographicæ totius terræ sanctæ, Sortium singulorum tribuum, Deserti Pharan, et Civitatis Hierusalem.=

A.6.n.15. extant Plinii libri à 2. ad sextum expendis situs, Gentes, Maria, Oppi-

-a, Portus, Montes, Flumina, Mensuras, Populosque, qui sunt, et qui fuerunt.= Hoc ipsum ad Hispanum traductum reperies C. 6. n. 2.= Castigatum, et illustratum C. 8. n. 4.=

B. 6. n. 9. Extat Ioannis Cuspiniani Chorographia, seu descriptio Austriacę Regionis, et Danubii fluminis.=

B. 6. n. 12. Extant Raphaelis Volaterrani libri à secundo ad duodecimum Geographiam Veterem Continentes.=

B. 6. n. 16. Extant Strabonis Septemdecim libri de Geographia.=

E. 6. n. 4. Extat Lamina Corographica Civitatis Venetiarum.=

E. 6. n. 5. Extant Antonii del Castillo Laminę Corographicę terrę Sanctę sive promissionis, antiquę, novęque Civitatis Hierusalem, et pręcipuorum Locorum Sanctuariorum.=

F. 6. n. 3. Extant Laminę Corographicę insulę Sicilię, partis Regni del Abruzzo, et Civitatis Venetiarum.=

F. 6. n. 15. Extat tabula Geographica Regnorum, et Provarum Dominii S. Ferdinandi Regis.=

H. 6. n. 12. Extant Laminę Corographicę Germanię, suarumque pręcipuarum Civitatum.=

H. 6. n. 13. Extat Pii secundi Pontificis elegans Asię, et Europę descriptio.= ibidem Henrici Glareani Compendiaria descriptio Asię, Africę, et Europę.=

K. 6. n. 29. Extat Descriptio Civitatis, et territorii Lauretani Cum annotatione Milliarum Italicarum pro Cursoribus ad dictam Civitatem, aliasque partes Itineris.=

K. 6. n. 55. Extat Floravantis Martinelli Descriptio Urbis Romę, omniumque suorum Locorum Sacrorum, et non Sacrorum pro directione Alienigenarum, et Peregrinorum.=

Mathesis Geographica.

S. 6. n. 2. Extat C. Sempronii Libellus de divisione Italiæ. = Joannis Bartholomæi Marliani Epitome Topographica Veteris Romæ. = Publii Victoris Libellus de Urbis Romæ Locis, et Regionibus. =

D. 7. n. 13. Extat Joannis Eusebii Nieremberg Nova Orbis terrestris descriptio ex novo Lapidis Magnetis mysterio. =

A. 8. n. 4. Extant Abrahami Ortelii Tabulæ Geographicæ totius Orbis terrestris, singularumque partium cum explicatione. =

A. 8. n. 15. Extat Athanasii Kircheri Typus, et explicatio montis Vesuvii. = Hemisphærium ossaturæ terreni Orbis nudati aquis. = Hydrophilacium Majoris Asiæ, et præcipuum Africæ in montibus Lunæ, ubi nova inventio Originis Nili. = Hydrophilacium Andium irrigans universam Australem Americam. = Situs insulæ Atlantis olim a Mari absorptæ. = Typus Communicationis Maris Caspii cum Persico, et Euxino. = Dimetio Freti Siculi, ubi Scylla, et Charybdis, atque singularis notitia Piscis Nicolai. = Tabula Hydrographica Oceani motus currentes, abyssos, montesque ignivomos in universo Orbe proponens. = Mappa fluxus, et refluxus Maris in litoribus Americæ. =

Descriptio mirabilis Verticis Norbegiæ, et Sinus Bodanici. = Mappa Maris mediterranei. = Tabula generalis [illegible] Maris secundum Lunæ motum. = Lamina Circulationis Oceani iuxta Utriusque Poli Constitutionem. = Idea subterraneorum Conductuum aquarum ex Mari, protrusionisque ipsarum in Montium Hydrophilacia, et Convectionis subterrestrium per igneos Canales. = Idea Pyrophilaciorum subterraneorum Montes Vulcanios, veluti quædam spiracula habentium. = Typus Camporum Phlegræorum in territorio Puteolano. = Typus Montis Ætnæ. =

N. 16. Extat delineatio Crateris Lacus Albani. = Situs speculi Dianæ, sive Lacus Ne-

morensis. = Situs, et Constitutio Veteris Tusci. = Delineatio Sepulchri Furiorum. = Topographia territorii Tusculani. = Schematismus Civitatis Tusculanæ, Villarumque adiacentium. = Schematismus Burghesianus Unacum Villis Circumstantibus. = Descriptio Urbis Præneste. = Delineatio Civitatis Tyburtinæ. = Descriptio veteris, et novi territorii Tyburtini. = = Ichonographia Villæ Adrianæ. = Delineatio Mecænatis Villæ, appellatæ Cæsaris Augusti deliciæ. = Chorographia Regionis Sabinorum, et Regionis Volscorum, aliarumque adiacentium. =

N. 19. extat Vetus, et nova Ægypti Descriptio. = Topographia Vera, et genuina scaturiginum fontium ex quibus à montibus Lunæ fluvius Nilus trahit Originem. = N. 25. extat ~~tabula Geographica~~ ~~[illegible]~~ Geographia magnetica. = N. 28. extat tabula Geographica totius imperii Sinensis. = tabula item Geographica itinerum diversorum Euntium in Cataium. =

A. 8. n. 63. extat Joannis Henrici Alstedii tabula decimanona, quæ est de Geographia, de qua in Compendio disciplinarum. et Lib. 5. Cap. 26. distribuit eius nomenclaturam per triginta duos Communes Locos, et quadraginta titulos: et N. 65. Late tractat Lib. 18. de Geographia in tres partes divissa, quarum prima per Octo Capita tractat de Geographia in genere, atque de affectionibus, Cardinibus, divissionibus, Climatibus, et accidentibus globi terrestris realis, atque de globo terrestri representativo. =

Secunda tractat per sex Capita de Hydrographia, quare de Oceano, Mare mediterraneo, Mare Caspio, Lacubus, fluminibus, et fontibus. = Tertia de Geographia in specie, quæ propter per duodecim Capita agit de terra incognita, Terra cognita, America, Europa, Africa, Asia, harumque partibus, et representatione per tabulas cum variis, curiosisque quæstionibus. =

C. 8. n. 12. extat Martini Fernandez de Enciso Summa Geographiæ, brevisque Sphæræ, et Artis Nauticæ institutio. =

F. 8. n. 27. extat Athanasii Kircheri Iter extaticum, Mundi Subterranei Prodromus,

vel Precursor, ubi Geocosmi, aut terrestris Globi Officium, et Structura cum abditis in eo arcanioris naturæ reconditoriis ad Veritatem exponitur, et mundi subterranei Synopsis subiungitur.=

F. 8. n. 59. extat Didaci de torres Villaroel Iter Phantasticum, ubi peragratis Mundis subterraneo, terraqueo, Æthereo, et Cælesti, quantum ad præsens describuntur Mundi subterranei generationes, Metalla, Lapides, media mineralia, fabricæ, et officinæ interiores: Mundi terraquei terra, suaque stabilitas, Aquæ situs, Ventus, metheora, generationes, Causæ fluxus, et refluxus, et aliorum Maris incrementorum, et decrementorum.=

F. 8. n. 62. extat Joannis Perez de Moya Liber 9. Arithmeticæ tradens necessaria ad praxim metiendi terras.=

K. 8. n. 6. extat Bilibaldi Pirckheymeri ex Variis Auctoribus Brevis Germaniæ descriptio.=

K. 8. n. 59. extat Francisci de Æffer. den Compendiossa Mundi Veteris, et novi Geographia exhibens Laminas, et expositiones Europæ, Asiæ, Africæ, et Americæ, harumque partium, Regnorum, Statuum, et Provinciarum.=

Mathesis Musica.

A. 1. n. 23. extat Joannis Saresberiensis Carnotensis Episcopi Polycraticon ubi lib. 1. Cap. 5. agit de Musica.=

A. 1. n. 32. extant S. Augustini Sex Libri de Musica.=

A. 1. n. 47. extat S. Isidori Liber 3. Ethymologiã Cap. 15. agens de Musica, suisque inventoribus, potestate, et partibus.=

A. 1. n. 98. extat V. Bedæ Musica theorica: Musica quadrata, sive mensurata, et practica.=

B. 1. n. 19. extat Hugonis ã S. Victore Liber 1. Excerptorum. Cap. 10. tangens de Musica, et eius partibus.= Idem habet Lib. 2. Erudit.

Mathesis Musica.

Didascal. N.30.= Hugonem transcribit Richardus à S. Victore E.1.n.9.=

D.1.n.12. Extant Joannis Gerson tractatus historice, Philosophice, et Theologice expendentes Originalem Canticorum rationem, variasque illorum Species.=

D.1.n.21. Extat Martiani Minei Capellæ Liber de Musica.= Extat iterum C.8.n.10.=

B.2.n.32. Extant Augustini Calmet Sup. Psalm. Dissertationes de Musica, et musicis instrumentis Veterum, et præsertim Hebræorum.= Et N.33. habet figuras instrumentorum musicorum in Scriptura sacra nominatorum.=

A.3.n.10. Extat Petri Berchorii liber tertiusdecimus Cap.31. agens de sonis musicis.=

D.3.n.100. Extat Antonii Sousa de Macedo Pars 1. Cap.23-24. tractans de inventione, et progressu Musicæ, suorumque instrumentorum.=

B.4.n.15. Extat Joannis Caramuel Mathesis nova, ubi de Diabeta, vel Circino musico.=

A.6.n.15. Extat Plinii Liber 2. Cap.22. agens de Syderum Musica.= Extat ad Hispanum traductus C.6.n.2.= Castigatus, et illustratus C.8.n.9.=

B.6.n.12. Extat Raphaelis Volaterrani Liber 35. agens de Harmoniacis, instrumentis musicis, saltationibus, et accommodatione harmoniæ naturæ humanæ, et Cœli rationibus.=

C.6.n.9. Extat Ludovici Celii Rodigini Liber 5. à Cap.6. agens de Musica, et Musicis instrumentis.=

A.8.n.24. Extat Athanasii Kircheri Classis 7. Sect.3. agens de Musica Hieroglyphica.= N.23-24. Extat eiusdem Musurgia Universalis, sive Ars magna Consoni, et dissoni in decem Libros digesta, ubi universa sonorum doctrina, et Musicæ tam theoricæ, quam practicæ Scientia mira Varietate, et Ubertate tractatur.= N.25. agit de magnetismo Musicæ.=

A.8.n.63. Extat Joannis Henrici Alstedii tabula Vigesimaprima de Musica, de qua breviter agit in Compendio disciplinarum, et Lib.5. Capite 28. per decem locos Communes tradit eius nomenclaturam: Et N.64. ad librum 20. tractat diffuse per decem Capita de Musica generali, ubi de eius subiecto, principiis, et affectionibus, et in speciali, ubi de speciebus, et Variis Musicæ generibus, cum appen=

dice, in qua, proprio marte, ponit elementa Musicę pro incipientibus: precepta Canendi ex Cardano, et Viginti novem questiones Musicę.=


C. 8. n. 3. Extat Plutarchi Libellus de Musica: et ibi Caroli Valgulii speculum sup. istum Plutarchi libellum.=

C. 8. n. 18. Extant Pauli Nazarre Libri quatuor de Harmonia Cantu plano, Cantu Organi, et musicis proportionibus.= N. 19. Libri quatuor de speciebus, et qualitatibus Consoni, et dissoni: de Sonis harmonice dissidentibus: de omni genere Compositionum, glossis, et advertentiis Compositoribus necessariis.=

D. 8. n. 19. Extant Gasparis Lax Libri de Arithmetica, quorum Undecimus et duodecimus agunt de principalibus, et minus principalibus maditatibus Musicis.=

E. 8. n. 2. Extat Joannis Bermudo Liber ex quatuor primus continens prooemilia de natura, Antiquitate, excelentia, utilitate, et multiplicitate Musicę, et explicationem Cantus plani, et Organi.= Item Ars trifaria Cantus plani, et Organi, et positionis Cantus Organi in Monachordio.=

E. 8. n. 54. Extat Francisci de Montanos Ars Cantus plani cum Communibus Chori, et Altaris intonationibus, aliisque diversis Exercitationibus, Correcta, et aucta per Sebastianum Lopez de Velasco.=



Mathesis Varia.

A. 1. n. 8. Extat Synesii Episcopi Cyrenes Encomium Astrolabii.=

B. 2. n. 1. Extat Aristotelis Liber diversarum questionum Mathematicarum Mechanicarum, et Liber Problematum multa continens problemata Mathematica.=

B. 2. n. 32. Extat Joannis Caramuelis Mathesis Vetus Continens duas supra quinquaginta Laminas multiplices figuras Arithmeticas et Geometricas exhibentes: quatuorque Syntagmata,

quorum primum agit de proemialibus Arithmeticæ, variisque Arithmeticæ speciebus et partibus:= Secundum tradit Algebræ proemialia, multasque curiosas enodat quæstiones.= Tertium agit de proemialibus Geometriæ, per octoque libros tractat de ea in genere.= Quartum de Geometria speciali, variisque suis partibus materialibus, sive ad certam materiam Concretis: Et tandem tractat de Mathesi ferrea solo Circino difficillimas Arithmeticæ et Geometriæ quæstiones, et operationes faciliter dissolvente.=

N. 35. Extat eiusdem Mathesis nova sex continens Syntagmata, quorum primum tractat de Logarithmica: Secundum, de Combinatoria, et Kibeia: tertium, de trigonometria in genere, et in specie, atque de Rectangulo Æthereo: Quartum de Communibus Mathematicorum instrumentis, et præcipue de Diabete, vel Circino in genere et in specie multiplici: Quintum, de Pedarcita, Statica, Hydrostatica, et Geometrice de Meteorologia: Sextum, de Interim, vel pro nunc Astronomico, et variis Astronomiæ speciebus, sup. quibus tandem in appendice reflectitur.= Denique in utraque Mathesi multa kniscet de terra, Montibus, Maribus, fontibus, fluminibus, Ventis, Cælis, et Astris.=

F. 4. n. 20-21. Extat Gasparis Schotti Thecnica Curiosa, sive opus de mirabilibus Artis ad Mathesim, suasque partes spectantibus, ubi per duodecim libros varia tum propria, tum aliena proponuntur experimenta Pneumatica, Hydraulica, Mechanica, Graphica, Cyclometrica, Chronometrica, Automatica, Cabalistica, aliaque mira, et arcana Artis, quorum plurima figuris, et iconibus illustrantur, et controvertuntur.=

N. 22. Extat eiusdem thaumaturgus Mathematicus per novem libros pertractans, et discutiens quam plurima Centrobaryca, Mechanica, Statyca, Hydrostatica, Hydrothecnica, Ærothecnica, Arithmetica, Geometrica rara, curiosa, et prodigiosa vere Magica, atque infinitarum Mathematicarum inventionum penuarium aperiens.=
N. 25. Extant eiusdem Artis præcipue Mathematicæ Varia Ioco-seria mirabilia, et Arcana.=

*

Mathesis Varia.

N. 21. Ars magna Lucis, et Umbrae in decem Libros digesta: Primus Continet Photosophiam, Sciasophiam, et Chromacriticam. = Secundus, Actinobolismos Lucis, et Opticae. = tertius ~~Appara~~ Apparatum Gnomicae ~~[illegible]~~ curiosae. = Quartus Horographiam Astronomicam, Italicam, et Babylonicam. = Quintus Uranagraphiam, et Geographiam Gnomicam. = Sextus Proteum Sciathericum, sive Astrolabiographicam figuratam, et Gnomicam Phisico-Astrologicam. = Septimus Anacampticam, sive Astronomiam reflexam. = ~~[illegible]~~ Octavus Anaclasticam, sive Astronomiam refractam. = Nonus Cosmometriam Gnomicam. = Decimus Magiam Horographicam, Parastaticam, et Catoptricam, atque novam Chryptologiam. =

A. 6. n. 15. extat Plinii naturalis historia Cujus Libri a Secundo ad Sextum multa expendunt Cosmographica, Astronomica, Geometrica, et Geographica. = Vide C. 6. n. 2. = C. 8. n. 9. =

B. 6. n. 25. extat Iñigui a Cruce Manrique de Lara Computus necessariorum ad annualem Maritimae Classis Contra Turcas manutensionum. =

A. 8. n. 21. extat Athanasii Kircheri Classis Septima, ubi de Mathematica, et Geometria Hieroglyphica. = N. 25. de Geometria Magnetica. = *

A. 8. n. 63. extat Joannis Henrici Alstedii tabula Vigesima de Optica, de qua breviter agit in Compendio disciplinarum, et lib. 5. Cap. 25. ejus tradit nomenclaturam per novem Communes Locos, decemque titulos: et N. 69. ad Lib. 19. agit diffuse de ea in genere, et in specie duabus divisa in partibus, quarum prima per Undecim Capita tractat de Vidente, Visibile, Luce, Umbra, Colore, Causa principali Visionis, Organo Visus, medio perspicuo, Radio Visionis, figura optica, et Causa Visionis propinqua: Secunda per quinque Capita de Visione absoluta, Vera, et falsa, Simplici, reflexa, et refracta. =

B. 8. n. 19. extant Gasparis Lax libri Undecimus, et duodecimus Arithmeticae, tractantes de medietatibus principalibus, et minus principalibus Arithmeticis, Geometricis, et Musicis. =

F. 8. n. 51. extant Theses Mathematicae per Comitem de Aguilar defensatae in Jesuitico Collegio Gadicensi. = Vide G. 8. n. 86. =

K. 8. n. 81. extat Joannis Sanchez Reciente tractatus docens theoriam, et praxim Tormentorum Bellicorum, Vulgo Piezas de Artilleria, tam Veterem, quam modernam juxta novam Ordinationem anni 1716. =

~~~~~~~~~~~~~~~~
~~~~~~~~~~~~~~~~

Tertius Claustri Angulus, et huius classis prima, in cuius Cathedra legitur Ethica disciplina docens bene, et honeste Vivendum.

Textus, et Circa textum.

B.1. n.4. extant Aristotelis decem libri Ethicorum ad Nichomacum filium. = Septem libri Ethicorum ad Eudemeum cum introductione Leonardi Aretini. = Libri duo magnorum moralium. = Et Liber unus de Virtutibus, cui praemittitur exactissima Virtutum divisio per Simonem Grineum. =

K.1. n.16. extant Aristotelis praedicti libri decem ad Nichomacum secundum translationem Ioannis Argyropili Byzantini. = N.17. extant iidem libri secundum translationem Leonardi Aretini. =

B.1. n.1. extat D. Thomae Aquinatis expositio decem librorum Ethicorum Aristotelis ad Nichomacum secundum duplicem translationem. =

C.1. n.1. extat Averrois Cordubensis Comment. sup. decem libros Ethicorum Aristotelis ad Nichomacum iuxta translationem Leonardi Aretini. = Iterum habes hoc idem K.1. n.17. =

C.1. n.98. extat Cardinalis de Aguirre Comment in decem libros Ethicorum. =

D.1. n.2. extat Gilberti Crab summaria, annotationes et explanationes decem librorum Ethicorum iuxta translationem Argyropili cum praefatione ad Cosmam de Medicis. =

et + n.6. D.1. n.5.+ extat Henrici Kosbein, vel Anonymi Comment. in decem libros Ethicorum cum decisionibus quaestionum, et dubiorum circa litteram emergentium ad mentem Martini de Magistris, et Ioannis Buridani, quem Vide infra D.1. n.19. =

D.1. n.6. extat Iacobi Fabri Stapu-

Ethica.

lensis Isagoge, sive introductio in Ethicam Aristotelis Cum explanatione Iudoci Chlitovei.=

D.4.n.8. Extat Petri Tartareti Comment. sup. primos sex libros Ethicæ Aristotelis.=

G.4.n.18. Extat Petri Serrano Comment. sup. primum Librum Ethicorum Aristotelis.=

H.4.n.23. Extat Ioannis Duhamel Comment. sup. decem libros Ethicorum Aristotelis.=

B.6.n.82. Extat Raphaelis Volaterrano Liber 36. Continens tractatum paraphrasticum sup. Ethicam Aristotelis.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Tractatus, Quæstiones etta

A.4.n.22. Extat Barlaami Siracensis Episcopi Ethica Stoicorum in duas partes divisa.=

B.1.n.29.–30. Extat Hugonis de S. Victore Liber primus Excerpt. prior. librique primus, et Secundus Erudit. Didascal. ubi agit de Ethica.= Idem habes apud Richardum de S. Victore E.1.n.9.=

A.4.n.32. Extant Ioannis Poncio Disputationes Ethicæ de hominis felicitate, humanis actibus in genere, et in specie bonis, malis, indiferentibus, Virtutibus moralibus, Conscientia, et Legibus.=

C.4.n.60. Extat Chrisostomi Iavelli Epitome Ethicæ Aristotelicæ, et philosophiæ moralis Platonicæ.=

C.4.n.29. Extant Cardinalis de Aguirre Disputationes Ethicæ de Virtutibus, et Vitiis.=

D.4.n.8. Extant Petri Tartareti quæstiones sup. sex primos libros Ethicæ Aristotelicæ.=

D.4.n.19. Extant Ioannis Buridani quæstiones sup. decem Libros Ethicorum.= Vide supra D.4.n.5–6.=

D.4.n.36. Extat Bernardi Sannig tractatus de Ethica, vel philosophia morali.=

G.4.n.3. Extat Nicolai Dorvelli tractatus super decem Libros Ethicorum Aristotelis ad mentem Doctoris Subtilis.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Ethica.

H. 2. n. 29. Extant Joannis Duhamel quæstiones sup. decem Libros Ethicæ Aristotelicæ.=

K. 4. n. 16. Extat Leonardi Aretini Dialogus de parvis moralibus ad Galeotum Amicum ad instar Aristotelis ad Amicum Eudemum.=

K. 4. n. 44. Extat Domus Sapientiæ Sectio tractans de humana felicitate, Actibus humanis, eorumque bonitate, vel malitia, Virtute morali in genere, moraliumque Virtutum divisione, Connexione, et mediocritate, atque de prudentia, temperantia, fortitudine, Comitate, Sinceritate, Urbanitate, Verecundia, et Amicitia.=

K. 4. n. 63. Extant Joannis Gabrielis Boyvin Disputationes Ethicæ de principiis allectivis, electivis, impeditivis, et directivis tam intrinsecis, quam extrinsecis Actuum humanorum, Actibus humanis in genere, et in specie bonis, aut malis, ubi de habitibus, Virtutibus, et peccatis, atque de Actuum humanorum proprietatibus.=

B. 6. n. 12. Extant Raphaelis Volaterrani Libri à 28. ad 32. multa expendentes de Virtutibus, et Vitiis.=

D. 6. n. 4. Extant Ciceronis quinque Libri de finibus malorum, et bonorum ad Brutum.= Iidem libri extant A. 8. n. 52. ubi quæ de bono, beateque Vivendo disputata sunt à Platone, explicantur, et additur liber eiusdem Ciceronis de Amicitia subiunctis Variis Librorum Lectionibus.=

H. 6. n. 6. Extant Plutarchi Opuscula de discrimine Adulatoris, et Amici: de signis profectus circa Virtutem, et morum Candorem: de Utilitate ab inimicis Capienda: de Amicorum multitudine, sive amicitia erga multos dispersa: de Virtute, et Vitio.= N. 3. Opuscula de docibilitate Virtutis: de Virtute morali: de Cohibenda Ira, vel iracundia: de tranquillitate animi, et modo quiete Vivendi: de amore ordinato, et inordinato Puerorum, et Mulierum.= Præter hoc ultimum, alia omnia extant etiam C. 8. n. 3. ibique ultra Opuscula de differentia inter Odium, et Invidiam: de Comparatione Morbi Corporis, et Animi: de Veritate huius Sententiæ Sic Vive, Ut nemo Sentiat te Vixisse: de Avaritia, sive Cupiditate divitiarum:

de Vitiosa Verecundia: de Cohibenda Vana curiositate: de sufficientia improbitatis ad infelicitatem: de opportunitate, vel importunitate Philosophandi inter pocula. = Et tandem H. 8. n. 22. extat eiusdem Plutarchi libellus Conferens Stoicorum, et Poetarum Virtutem, Sectamque Stoicorum deridens. =

D. 7. n. 2. extat Simonis de Cassia Liber de Iustitia Christiana à Cap. 6. tractans de Christiana amicitia. =

E. 7. n. 9. extant Francisci Emmanuelis Vndecim Libri de Bello Virtutum, et Vitiorum, et triumpho Christianæ Philosophiæ adversus Stoicorum doctrinam. =

G. 7. n. 34. extant Emmanuelis Thesauri Libri Viginti, et Vnus de Virtutibus moralibus in genere, et in specie, atque de humana felicitate. =

A. 8. n. 50. extant Platonis Dialogi Philebus dictus, sive de summo hominis bono an in sapientia, an in Voluptate sit, an in Vtroque: Hippias inscriptus, vel de pulchro, sive honesto, quid sit discutiens, non tamen resolvens: Lysis nominatus, vel de amicitia, multa expendens, et indecisum relinquens: Laques nuncupatus, vel de fortitudine: Charmides appelatus, vel de temperantia, Circa quem B. 8. n. 2. extat Angeli Politiani Præfatio, et fragmentum ab eodem Politiano de greco ad Latinum traductum Cum annotatiunculis Iodoci Badii Ascensii: tandem eiusdem Platonis Dialogus Meno dictus, vel de Virtute, quid sit, et an à natura, ab exercitio, vel Vnde Comparetur. = istum etiam reperies C. 8. n. 1. =

A. 8. n. 54. extant Senecæ Philosophi Septem Libri de Beneficiis Cum argumentis, et diversorum notis. = N. 55. invenies Scholia Federici Morelli sup. hos libros: et F. 8. n. 52. invenies eosdem libros ad Hispanum traductos per Petrum Fernandez Navarrete. = extant insuper vbi supra eiusdem Senecæ libri tres de ira noscenda, et fugienda. Libri duo de Clementiæ natura, vtilitate, et mediis ad eam consequendam, et firmandam. Liber de Vita beata, quid sit

D. 1. n. 13. Extant S. Anselmi Epistola Octava sup. quid agendum Cum quodam Comite Excomunicado, et in divinis Celebrandis se immiscente, atque de Presbiteris Incontinentibus. = Epistola decima sup. Clericos appetentes Monachatum, quod non sunt impediendi, neque in hoc sunt Episcopis subiecti. = Ibidem Epistola duodecima est Paschalis Papae ad Anselmum Excusantis se, eo quod Investituram Ecclesiarum Laicis Indulsisset. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Textus Conciliorum, et Pontificum.

A. 1. n. 9. Extant S. Leonis Papae primi quamplurimae Decretales ad diversa. = Iterum num. 52. et H. 1. n. 2. = A. 1. n. 23. Extat Eiusdem S. Leonis Edictum ad Episcopos Siciliae de rebus Ecclesiae non alienandis. = A. 1. n. 28. Extant S. Gregorii Magni decreta Varia tempore Mauritii, Tiberii, et Theodosii Imperatorum. =

A. 1. n. 26. Extat apud S. Cyprianum Concilium Carthaginense de Hereticis baptisandis. = Iterum C. 1. n. 9. =

B. 1. n. 10. Extat Concilium Francofordiense ann. 792. damnans errores Felicis Urgelitani, et Elipandi Toletani. =

D. 1. n. 10. Extant apud Joannem Gerson Unum decretum, et duae aliae determinationes Concilii Constantiensis. =

H. 1. n. 2. Extant S. Clementis Papae quinque Epistolae, Librique Octo Constitutio-
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

narum Apostolicarum.= Item Epistolæ S. Leonis Papæ, aliorumque Pontificum, Episcoporum, et Conciliorum Carthaginensis, et Milevitani ad Pontifices.= Canones Apostolorum per S. Clementem Collecti, atque græce, et Latine editi.= Item Concilium Nicenum cum scripto de primitiva Ecclesia, et Synodo Nicena, Edictoque, et Confessione Imperatoris Constantini.= Concilia Constantinopolitanum, Ephesinum, et Calcedonense cum Edicto Martiani Imperatoris in eius Confirmationem, et duabus Sanctionibus contra Eutichianos.= Synodus Romana sub Damaso Papa, et tandem Decreta Celestini Papæ ad Episcopos Galliæ.=

A.S. n. 2. extant Octoginta quatuor Canones SS. Apostolorum per S. Clementem congesti cum notis, et remissionibus marginalibus.=

A.S. n. 28. ad 59. Extat Labbeana, et Cossartiana Collectio brevior et productior Actionum, et Canonum Conciliorum generalium, et particularium, atque Epistolarum, Constitutionum, et decretorum Summorum Pontificum ab anno Christi 33. usque ad ann. 1719. Insuper N. 59. signanter extant Constitutiones, Epistolæ et Acta circa doctrinam Iansenii, et Quesnellii.= Extant item indices Pontificum, Conciliorum, Episcoporum, Episcopatuum, rerum, et verborum, sacrarumque Scripturarum.=

A.S. n. 60. Extat Ludovici Bail Summa Conciliorum Veteris testamenti, et generalium tam Orientalium, quam Occidentalium Testamenti novi, videlicet à Concilio SS.mæ Trinitatis circa hominis reparationem per Christum usque ad ultimum universalis Iudicii anno incerto celebrandum.= His præmittitur tabula Ioveriana Chronologica Conciliorum generalium, Summorum Pontificum, Imperatorum, et damnatorum Hæreticorum.=

N. 61. Extat Summa Conciliorum Provincialium cum additione Conciliorum

Jurisprudentia Ecclesiastica.

Nationalium, Decretorum aliquot Pontificum, et nonnullarum Synodorum Dioecesanarum, quibus præmittitur index Chronographicus Conciliorum, et Pontificum.=

A. 5. n. 62. Extat Bullarii magni infra positi Continuatio Complectens Pontificias Constitutiones ab Innocentio Vndecimo ad Benedictum Tertiumdecimum.= N. 63. Continuatio Constitutionum prædicti Benedicti, et supplementum Constitutionum anteriorum Pontificum in præcedentibus Editionibus omissarum.= B. 5. n. Extat Francisci Longi â Coriolano Summa Conciliorum omnium Celebratorum â D. Petro ad Gregorium quintumdecimum Cum additione Gallicanorum, et aliorum per ~~[illegible]~~ Ludovicum Bail.=

B. 5. n. 2-3-4. Extat Petri Grabbe Collectio Epistolarum, Constitutionum, decretorum Papalium, et actionum Conciliorum omnium generalium, et particularium ~~[illegible]~~ Celebratorum â D. Petro usque ad Celebratam Sextam Concilii Trydentini Sessionem.=

B. 5. n. 5. Extant Sanctiones tam Synodicæ, quam Pontificiæ per Franciscum Joverium Collectæ, et in tres partes divisæ, quarum prima, præmissis Apostolorum Canonibus Conciliis, et Canonibus, aliquibusque præfatiunculis, Complectitur actiones, et Canones Conciliorum generalium â Niceno primo ad Trydentinum.= Secunda Continet particularia, et Dioecessana Concilia.= Tertia, Decreta Pontificum usque ad Nicolaum primum, Cum deinceps Constent ex Decretalibus, Clementinis, et Extravagantibus.=

B. 5. n. 6. usque ad 15. Extant Concilia generalia, et Provincialia tum græca, tum Latina, Epistolæ Decretales, et Decreta Summorum Pontificum, omniumque historias ab Apostolis usque ad ann. 1536. per Severinum Binium.= B. 5. n. 16. Extant Priora quadraginta Hispaniæ Concilia Celebrata ab ann. 324. usque ad ann. 701. Collecta per Garsiam Loaisa.=

*
E.S.n.2. Extant Decreta Concilii Trydentini ad titulos juxta juris methodum redacta per Petrum Vincentium de Marzilla.=

#
C.S.n.21. Extat Augustini Barbosa Summa alphabetica decissionum Appostolicarum extra Jus commune Vagantium.=

*
E.S.n.16. Extant Bulla Eugenii 4. pro Concessis gratiis in festo Corporis Christi; Pii 2. contra appellantes ad futurum Concilium, et Bulla Coenæ Leonis 10.=

+
Cum declarationibus, et instructionibus DD. Cardinalium.=

B.S.n.17. Extat Ludovici Odespun Collectio Conciliorum, et Conventuum Gallicanorum Celebratorum à Concilio trydentino usque ad ann. 1625.=

B.S.n.18. Extat Joannis Cabasutii Collectanea Conciliorum generalium, et particularium Celebratorum ab Exordio Ecclesiæ usque ad ann. 1692.=

B.S.n.25. ad 28. Extat Laertii Cherubini Bullarium, sive Collectanea Constitutionum Appostolicarum à Leone primo usque ad Urbanum Octavum.=

B.S.n.29.–30. Extat Continuatio Bullarii per Angelum à Lantusca, et Joannem Paulum de Roma ab Urbano Octavo usque ad Clementem decimum.= Vide ulteriorem Bullarii Continuationem sup. A.S.n.62–63.=

B.S.n.31. Extat Flavii Cherubini Compendium Bullarii, et appendicis Patris sui Laertii Cherubini proxime repositi.=

D.S.n.8. Extat Concilium Prõale Mexicanum anni 1585. sub Archiepiscopo D. Petro Moya de Contreras.=

F.S.n.19. Extat Bartholomei Carranza Summa Canonum, et decretorum Conciliorum, et Summorum Pontificum.=

F.S.n.15. Extat Jacobi Castellano Compendium Constitutionum Appostolicarum à Gregorio Septimo usque ad Clementem Octavum.=

* E.S.n.25. Extant Decreta Urbani Octavi pro Canonisatione, et Beatificatione Sanctorum.+=

E.S.n.30. Extant Sanctiones Summorum Pontificum, et præsertim S. Pii quinti.=

H.S.n.6. Extant Constitutiones Concilii Prealis Moguntini ann. 1549.=

H.S.n.23. Extat Joannis Sotealli Summa Constitutionum Appostolicarum et Synodalium per Loca Communia alphabetice digesta.=

K.S.n.2. Extat Concilium Prõale Coloniense ann. 1536.=

K.S.n.37–38–40. Extat Jannis Baptistæ Pithoni Collectio Papalium Constitu-

sionum cum decissionibus Sacrar. Congregat. Circa Canonicos Cathedralium, et Collegiatarum, Parrochos, Concursus Parrochialium, et Collationem Beneficiorum.=

C. 6. n. 92. extant Constitutiones Concilii Aquisgrani anni 817. ad Monachos pertinentes.= N. 93. extat Caput nonum Concilii Meldensis ann. 845. adversus Seculares Ecclesiasticam substantiam occupantes.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Textus Canonis Iuris Communis

A. 5. n. 95. extat Decretum Gratiani cum glossis, notis, et indicibus in tres partes divissum: quarum prima continet Centum, et unam distinctiones: secunda, triginta, et sex Causas cum respectivis uniuscuiusque questionibus: tertia de Consecratione quinque distinctiones: et ad huius Calcem Canones poenitentiales, Canones Apostolorum, et Margaritam, vel tabulam Martinianam Decreti.=

A. 5. n. 96. extant quinque libri Decretalium Gregorii cum glossis, et ad calcem Arbores Consanguinitatis, et affinitatis, et tabula Ludovici de Bolonia remissiva Decretalium per ordinem titulorum ad Gratiani Decretum, atque Margarita, seu tabula decisionum Decretalium.=

A. 5. n. 97. extat Sextus liber Decretalium Bonifacii Octavi divissus in quinque libros, et ad calcem titulus de regulis Iuris cum omnium glossis, subiunctis regulis Iuris Civilis, ex quibus fere desumpte sunt regule Iuris Canonici.=

Ibidem extant etiam libri quinque Clementinarum Constitutionum cum glossis, et ad Calcem Arbor tituli de Iure Patronatus declarativa, et suppletiones Clementinarum titulos explanantes.=

Item extant Viginti Constitutiones Extravagantes Ioannis Vigessimi Secundi per quatuordecim titulos distributes cum glossis, et Apostillis, vel suppletionibus.=

Item Quinque libri Communium Extravagantium cum glossis, quorum quartus
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Vacat, et ad Calcem quinti extant iterum Arbores Consanguinitatis, et Affinitatis, Indexque rerum, et Verborum Sexti libri Decretalium, Clementinarum, et omnium Extravagantium.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa Sextum.

B. 1. n. 18. extant D. Thomæ Aquinatis Opuscula duo sup. primam, et Secundam Decretales de Summ. Trinit. et fid. Cathol.=

* D. 1. n. 11-15. extant Bernardi Sannig Prologus docens necessaria ad Canonici Juris intelligentiam, modumque sehabendi circa ipsum, et resolutiones sup. Quinque Libros Decretalium.=

* A. 5. n. 31. ad 35. extant Nicolai de Tudeschis Abbatis Panormitani Prælectiones sup. sex libros Decretalium cum aliorum observationibus, et annotationibus.= N. 36. extat repertorium rerum, et sententiarum totius præfati operis.=

A. 5. n. 41-42. extat Dominici à S. Geminiano Lectura sup. quinque libros Sexti Decretalium cum Apostillis Bernardini de Landrino.=

A. 5. n. 43. extat Cardinalis Hostiensis Henrici de Segusio Summa sup. quinque Libros Decretalium, superque titul. de Regulis Juris, adiectis aliorum annotationibus.=

A. 5. n. 59. extant Jacobi Sirmondi apud Harduinum Notæ super Varia Concilia.=

A. 5. n. 60. extat Ludovici Bail Apparatus ad summam Conciliorum de Verbo Dei Scripto, non Scripto, et diffinito.=

B. 5. n. 6. ad 15. extant Severini Binii historiæ cum notis Omnium Conciliorum generalium, et Provalium ab Apostolis usque ad Aquileiense tempore Clementis Octavi ann. 1596.=

B. 5. n. 16. extant Garsiæ Loaisa Notæ, et Emendationes ad Concilia Hispanica usque ad ann. 701. Celebrata interiectis opusculis ad planiorem eorum interpretationem.=

B. 5. n. 18. extant Joannis Cabassutii dissertationes, diatrivæ, et Elucidationes sup. acta in Conciliis Celebratis ab Exordio Ecclesiæ usque ad ann. 1692.=

B. 5. n. 19. extant Christiani Lupo
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Scholia, Notæ et dissertationes super decreta, et Canones particularium Conciliorum antecedentium Nicenum, et generalium à Niceno usque ad Chalcedonense.= N.° 20. super Concilia Constantinopolitanum tertium, Trullanum, Nicenum secundum, et Constantinopolitanum quartum, atque super Acta Synodalia, et Cathedratica Leonis Noni.=

N.° 21. super Concilia Victoris secundi, Stephani Noni, Nicolai secundi, et Alexandri secundi, atque super Dictatum, Synodos, et decreta Gregorii septimi.= N.° 22. super Epistolas variorum Patrum concernentes Acta Conciliorum Ephesini, et Chalcedonensis.=

B.5. n. 31. extant Flavii Cherubini Scholia ad singulas Pontificias Constitutiones Bullarii, et appendicis sui Patris Laertii Cherubini.=

B.5. n. 55-56-57. extant Prosperi Fagnani Comment. sup. quinque libros Decretalium.=

B.5. n. 58. ad 62. extant Vincentii Petra Comment. sup. Constitutiones Appostolicas à Leone primo usque ad Sixtum quartum juxta Laertii Cherubini Collectionem.=

B.5. n. 73-74-75. extant Anacleti Reiffenstuel Questiones Juris Canonici juxta titulos quinque librorum Decretalium.=

B.5. n. 99. extant Joannis Baptistæ Cardinalis de Luca Comment. sup. Innocentianis Constitutionibus de statuariis successionibus, et de pensionibus Ecclesiasticis ultra medietatem non transferendis, cum variis indultis transferendi, et retinendi pensiones Ecclesiasticas.=

C.5. n. 10-11-12. extant Augustini Barbosa Comment. sup. quinque libros Decretalium cum Collectanea Doctorum sup. eosdem libros tractantium.= N.° 13. sup. quinque libros Sexti Decretalium, Clementinas, et Extravagantes omnes cum Collectanea ctta.= N.° 14. sup. Decretum Gratiani, ubi etiam additamenta præter missa ad prefatam Collectaneam in universum jus Pontificium: et Filii ejus Contelorii index alphabeticus Authorum materias legum ex professo tractantium.=*

* N.° 20. extat Collectanea Doctorum qui sup. Concilio Trydentino, ejusque decretis scripserunt.=

C.5.n.58. Extat Martini Torrecilla Verbo *Regula* explanatio Tituli, et Regularum Juris Canonici.=

D.5.n.15. Extat Emmanuelis Costa Comment. sup. Cap. Lib. Sexti Decretalium *Si Pater* de testamentis.=

E.5.n.7. Extat Joannis Pauli Lancelotti Relectio sup. Rubricam Extravag. de testamentis, et ultimis Voluntatibus.=

E.5.n.16. Extant Martini Azpilcueta Navarro Comment. sup. Cap. *Non Dicatis* Caus. 12. quest. 1.: Sup. Cap. *Nullam* Caus. 18. quest. 2.: et sup. Cap. *Statuimus* Caus. 19. quest. 3.† = Vide infra proxime.=

† de Voto paupertatis, sine religionis, et in ea Contingentibus.=

G.5.n.1. Extat Innocentii quarti Apparatus ad quinque Libros Decretalium cum marginalibus annotationibus.=

G.5.n.2. Extat Petri Vincentii de Marzilla Reductio Decretorum Concilii Trydentini ad titulos, et methodum Juris Canonici cum Declarationibus Cardinalium Auctoritate Appostolica editis etta.=

G.5.n.26. Extant Declarationes, et instructiones DD. Cardinalium sup. Decreta Urbani 8. de Beatificatione, et Canonisatione.=

G.5.n.6. Extant supradicti Martini Azpilcueta Navarro Comment. sup. Varia Decreti Capita de Usura, et Simonia.= N.7. Comment. sup. Cap. *Quando* de Consecrat. distinct. 1. de horis Canonicis, oratio, et aliis divinis officiis.= N.8. Comment. sup. Caput *Inter Verba* Decreti de Laude, et murmuratione.= N.9. sup. Cap. finale Caus. 16. quest. 1. de redditibus Beneficiorum velle Consumendis.=

✳ G.5.n.31. Extat Valentini Langarez, et Blazquez Vetus disciplina Ecclesiastica sup. Constitutionem Innocentii Duodecimi contra Abusus in Ordinibus Conferendis, aut suscipiendis.=

H.5.n.18. Extat Joannis Filesaci Comment. sup. titul. de offic. Judic. Ordin. Lib. 1. Decretal. de Episcoporum Auctoritate.=

K.5.n.1. Extat Balthassaris Altamirani tractatus de Visitatione sup. Cap. 3. Sess. 24. Concil. Trydent. de reformatione.=

C.6.n.43. Extat Explicatio, et Corroboratio Cap. 9. Concilii Meldensis contra Seculares substantiam Ecclesiasticam Occupantes.=

A. 8. n. 98. extat Theophili Raynaudi Index Canonicus, sive Canonum, et Conciliorum, quæ in toto Authoris Opere explanata reperiuntur. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Libri, tractatus etc.

* B. 2. n. 95. extat Caroli Felicis de Matta tractatus theoricæ, et practicæ docens pertinentia ad Causas Beatificationis, et Canonisationis, et instruens de modo formandi earum processus. =

* E. 2. n. 37. extat Augustini Matthæucci Practica ad Causas Beatificationum, et Canonisationum pertractandas. =

D. 1. n. 11. extat Joannis Gerson tractatus de Visitatione Prælatorum, et Cura Curatorum. = Commendatio Licentiandorum in Decretis Ostendens necessitantem Canonistarum. = N. 13. extat Rememoratio quorumdam per Prælatos observandorum præsertim tempore Schismatis: et videtur additio ad præfatum tractatum de Visitatione Prælatorum. =

A. 2. n. 37. extat Tostati, sive Abulensis Opusculum Quatuordecim Conclusionibus agens de Clericis Concubinariis. =

C. 2. n. 36. extant Alphonsi Salmeron tractatus à 67. ad 76. de potestate Episcoporum cuius Juris sit, qualis, à quo, quando, et quomodo illam habeant. = tractatus à 77. ad 82. de Conciliis, eorumque Auctoritate, et potestate etiam erga Summum Pontificem. =

~~[illegible]~~

* C. 2. n. 6. extat Augustini de Ancona Summa de potestate Pontificia, et Ecclesiastica ipse, in ordine ad altum, et in ordine ad primitatis, et perfectionis Statum. =

E. 2. n. 7. extat Angeli Rocha Ordo Judiciarius observari solitus in Sanctorum Canonisationibus. =

E. 2. n. 45. extant Richardi Arsdekin Idea, regulæ, et scriptores Juris Canonici, atque specialis notitia praxis fori et Curiæ Ecclesiasticæ præsertim Romanæ. =

* A. 5. n. 76. extat Alphonsi de Montalvo Manuale, sive alphabeticum Compendium utilium, et necessariorum in praxi Juris Canonici ex dictis Doctorum, et præsertim Abbatis Panormitani Collectum. =

B. 5. n. 37. extat Antonini Diana Coordinati tractatus ~~[illegible]~~ de potestate Episcopi, et Capituli, Sede Vacante, et de poenis pecuniariis Epis-
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

copo non applicandis. = N. 38. tractatus de Episcopatus Ordine, et Episcopi Consecratione. = N. 43. tractatus de potestate Papæ circa electionem sui successoris, et ornandum Principem secularem titulo Regis: de potestate, et privilegiis Cardinalium, atque de vetitis ipsis tempore Conclavis: de numero Electorum Imperatoris, et de jure Clientelæ, et protectionis. =

C. S. n. 9. Extat Cardinalis de Laurea Laurentii Brancati Epitome alphabetica Canonum, et Sanctionum omnium Conciliorum generalium, et Provincialium, Decreti Gratiani, Decretalium, Epistolarum, et Constitutionum Papalium usque ad ann. 1659. =

C. S. n. 17. Extat Augustini Barbosa de officio, et potestate Episcoporum pars prima tractans de institutione, electione, consecratione, et munere Episcoporum: Patriarchalium sedium erectione, et Archiepiscopalium præstantia. = Secunda pars, de potestate Episcopi circa sacramenta, Ordines conferendos, et dispensationes elargiendas. =

N. 18. Pars tertia tractans de omnibus pertinentibus ad residentiam Episcopalem, Casuum reservationem, Collationem Beneficiorum, Ecclesiarum Visitationem, Vicarii Constitutionem, Monitoriorum Concessionem, et ad totius Jurisdictionis exercitium etiam erga Regulares, et Exemptos, horumque Conservatores, cum formulario varias formulas exhibente ad Jurisdictionem Episcopalem recte exercendam, et cum Mantissa, sive additione Constitutionum Appostolicarum, et Decretorum operi de Episcoporum potestate, et officio deservientium. =

N. 19. Extat tractatus tripartitus de Parrochorum institutione, invicemque illis sacramentorum administratione, et juribus Parrochialibus cum nonnullis additionibus circa privilegia Regularium. = Tractatus item de Canonicis, Dignitatibus, et Beneficiatis, eorumque officiis in Choro, et in Capitulo, additis ad rem sacræ Rotæ decisionibus. = N. 20. Extat Collecta-

* E. S. n. 7. Extant Joannis Pauli Lancelotti quatuor libri institutionum Juris Canonici ad instar Institutionum Justiniani, singulari methodo comprehentes totum Jus Pontificium cum glossis, positionibus, annotationibus, et additionibus: ibique eiusdem Commentariolum ad Academiam Perusinam exponens suarum Institutionum historiam, rationem, et Commendationem.=

nea Doctorum, qui sup. Concilio tridentino scripserunt, et varias qnestiones sup. eius decreta decidderunt.=

N.º 22. Extat tractatus de frequentioribus Juris Axiomatibus, appellativa Verborum significatione, Communibus argumentorum Locis, et frequentioribus Clausulis, et dictionibus.= N.º 25. Praxis methodica exigendi pensiones Contra Calumniantes, et eas solvere differentes.= Duo item libri septuaginta quinque Consultationes varias, et totidem vota decissiva Continentes.= N.º 26. Alter liber Centum viginti novem Consultationum, et totidem decissivorum Votorum.=

C. S. n. 22. Extant Joannis Sigismundi Vigintiquinque Consilia, et responsa ad totidem Canonica dubia.=

C. S. n. 59. Extant Joannis Clericati Discordiæ forenses de Beneficiis, et pensionibus.= N. 60. de Jurisdictione.= Vide infra E. S. n. 15.=

D. S. n. 15. Extant Alvari Pelagii duo libri de statu, et planctu Ecclesiæ, ubi mustas tangit, et resolvit varias difficultates Canonicas presertim circa potestatem, munera, et obligationes Ecclesiasticorum Prælatorum.=

D. S. n. 21. Extat Gundisalvi Suarez de Paz Praxis Judicialis, cuius secunda pars post preludia docet modum procedendi in foro, et tribunali Ecclesiastico.=

* E. S. n. 8. Extat Josephi Francisci Malatra specimen moralis theologiæ, cuius liber 2. tradit Synopsim Juris Canonici, appendicem, et declarationem suarum regularum, et tandem appendicem de selectis Decretis Conciliorum generalium ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentibus.=

E. S. n. 11. Extat Francisci Mariæ Samueli Praxis observanda in tradendis Ecclesiasticis sepulturis Christifidelibus, ubi, præter apparatum, disseritur de principio, et Jure Sepulturarum Ecclesiasticarum: de his, qui libere, et Canonice sepulturam eligere valent: et de illis, quibus Ecclesiastica interdicitur sepultura.=

E. S. n. 13. Extat Joannis Bernardi Diaz de Lerco Praxis Ecclesiastica Criminalis exponens fere omnia flagitia, quæ a Clericis Committi possunt, pænasque illis Correspondentes.=

*

F. 5. n. 20. Extat Francisci Ortiz de Salcedo Curia Ecclesiastica, sive formularium Secretariorum Ecclesiasticorum, Notariorum Appostolicorum, et Visitatorum ad omnia sui officii munera recte adimplenda.=

E. 5. n. 15. Extant Martini Azpilcueta Navarro quinque Libri Canonicarum Consultationum, et responsionum distributi iuxta numerum, et titulos Decretalium.=

E. 5. n. 25. Extat Ioannis Clericato Via Lactea Continens Institutiones Iuris Canonici digestas in quatuor libros, Variosque titulos.= Vide supra C. 5. n. 59.=

F. 5. n. 1–2. Extant Iacobi de Graffis quinque libri Consiliorum, et responsionum digesti iuxta numerum, et Ordinem Decretalium.=

F. 5. n. 8. Extant Dominici Nicolai Escolano Elucubrationes sup. nonnulla Capita Decreti, Decretalium, et Clementinarum.=

*

H. 5. n. 1. Extat Guillielmi Duranto Breviarium aureum miro artificio quinque libris Complectens textus, et glosas Iuris Canonici, atque Selectiora apparatus Innocentii quarti.=

H. 5. n. 18. Extat Ioannis Filesaci tractatus de Origine Paroeciarum, et Missa Paroeciali.= Item Querela Veteris Ecclesiae Gallicanae adversus Laicos Principes bona Ecclesiastica Sacrilege Usurpantes, Occupantes, aut possidentes.=

K. 5. n. 30. Extat Pauli Piasecii Praxis Episcopalis ea, quae Concernunt potestatem, et Officium Episcoporum Complectens Cum multis Pontificiis Decretis ad Usum fori Ecclesiastici necessariis.=

F. 7. n. 32. Extat Bartholomei Gavanto Enchiridion, vel manuale Episcoporum alphabetice Complectens Decreta Doctorumque asserta de Officio, et potestate Episcopi Cum sextecim additionibus, et formulario Conficiendi bonorum alicuius Ecclesiae inventarium.=

C. 8. n. 21. Extant Causae Concordiae inter Archiepiscopum Hispalensem, et Beneficiatorum Commenitatem.= Scriptum Vulgarum Ildephonsi Carrillo sup. Sententiam intut-

te Latam in quemdam Episcopum Paraguaiensem à Iudice Conservatore indebite designato per Jesuitas, et ibi de Conditionibus Iudicium Conservatorum ad mentem Gregorii quintidecimi.=

C. 8. n. 23. Extat Cardinalis de Velluga Memoriale pro immunitate, et libertate Ecclesiastica sup. novam in Sale Contributionem, et exactionem.=

C. 8. n. 27. Extat Directorium ad formandos Authoritate Ordinaria processus tam informativum, quam de non Cultu alicuius Viri, vel foeminæ Venerabilis.= Allegatum pro secunda instantia Litigii inter Dominicum Moro, et fraternitatem SS. Sacramenti Ossunensis Collegiatæ super Cuiusdam Census redemptionem.= Fundamentum Iudicum Sæcularium ad publicam flagellationem Antonii de los Reyes Medina Carmelitæ professi ob intentam fugam ex Regali Carcere, ubi habitu spoliatus, et brachio sæculari traditus, servabatur usque ad tempus remissionis ad triremes, iuxta Latam in eum suæ religionis sententiam.=

C. 8. n. 28. Extant Motiva Litigiorum sup. Iurisdictione inter Vicarium Ecclesiasticum Status de Estepa, et eiusdem Status Marchionem.= Item Bulla Innocentii duodecimi sup. Concordia inter Capitulum Cathedralis Hispalensis, et eius Archiepiscopum.= Hæc iterum reperitur C. 8. n. 39.=

C. 8. n. 29. Extat Scriptum pro exemptione, et Iurisdictione Rectoris Collegii, et Universitatis Hispalensis in Lite adversus Ecclesiæ Iudicem.= Item Memoriale ad Regem pro theologica facultate Universitatis de Cervera principatus Catalauniæ sup. nonnulla facta statuta facultati theologicæ indecorosa, et præsertim de præferenda in publicis actibus iurisprudentia.=

C. 8. n. 32. Extat Vulgatum Scriptum ad Regem Catholicum ostendens Eminentem antiquam Ecclesiæ Hispalensis dignitatem facta Collatione ad Toletanam.=

C. 8. n. 35. Extat thomæ Ximenez Pantoja Protestatio in favorem Maiestatis Catholicæ

suique Patronatus, et delegationis Appostolicæ in America sup. Officium Commissariatus Indiarum, eiusque iurisdictionem, et præeminentiam adversus prætensionem Ministri Generalis seraphici.=

C. 8. n. 33. Extat Memoriale R.mi Alvin pro suprema, et Ordinaria Authoritate Generalis seraphici sup. Comissarium Generalem Indiarum adversus memoriale R.mi Chumillas: et ab idem aliud defensorii fragmentum.= Item informatio Legalis in Causa præcedentiæ, et iudicis Competentis inter Clerum sæcularem, et Regentem, Conventum, et Collegas Ordinis Seraphici Villæ de Alva.=

D. 8. n. 20. Extat Constitutio Clementis duodecimi reducens ad terminos iuris Communis quasdam Litteras in favorem regularium, et Mendicantium à Benedicto tertiodecimo Concessas.= Item Memoriale Cardinalis Pereira ad Benedictum tertiumdecimum sup. Casu Visitationis Ecclesiarum titulorum Cardinalium faciendæ per suos delegatos, indecorosæ ipsis Cardinalibus.= Item Acta Iuridica inter Cardinalem Pereira Algarbiorum Episcopum, et Monachos S. Bernardi sup. præsentatione, et approbatione Confessorum Monialium ipsis Monachis subiectarum Cum litteris decisivis Clementis duodecimi Contra Monachos: ibique Epistola Henrici de Caravallo Iesuitæ favens resolutioni prædicti Episcopi Cardinalis.= Defensio Ecclesiasticæ Iurisdictionis in Competentia Realis Circa Cognitionem Causæ percutionis Cuiusdam Clerici Musici Ecclesiæ Hispalensis.=

F. 8. n. 66. Extat Francisci Quebedo Villegas Iuridicum defensorium Patronatus S. iacobi Appostoli in Hispania Contra prætensum pro S. Theresia à Iesu.=

G. 8. n. 86. Extat Didaci Cimenadeiro, et Sacerilla Defensorium Iuris Parrochorum Hispalensium ad integras percipiendas oblationes Baptismorum, et Velationum adversus maiores Sacristas Ius prætendentes in earum partes, et Consultatio Cum Variis Subs-

Jurisprudentia ecclesiastica.

ceptionibus theologorum Doctorum circa licitam, et debitam eiusdem causæ defensionem. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Jurisprudentia Monastica, et Regularis.

Textus, et circa textum.

✠ * A. 1. n. 25. extat apud S. Hieronymum Regula suorum Monachorum ex scriptis S. Doctoris per Lupum de Oliveto collecta, et per Martinum quintum approbata. =

A. 1. n. 27. extat apud S. Isidorum Regula Monachorum. =

✠ A. 1. n. 32. extant S. Augustini vel alterius duæ regulæ ad Clericos, et alia ad Servos Dei: et N. 33. Epist. 109. alia ad Foeminas. =

A. 1. n. 1. extat S. Pachomii Abbatis Regula Monachorum scripta dictante Angelo. = Iterum E. 1. n. 6. =

A. 1. n. 10 - 26. extat S. Cæsarii Episcopi Arelatensis Regula Monachorum. =

A. 1. n. 11. extat S. Benedicti Abbatis Regula in septuaginta duo Capita divisa, et a Gregorio primo approbata, et confirmata. =

A. 1. n. 13. extat S. theodori Studitæ testamentum, ubi, quid profitebatur, et a suis servare cupiebat, statutum reliquit. =

A. 1. n. 20. extant S. Petri Mauritii Abbatis Statuta pro Cluniacensium Congregatione, adiunctis causis uniuscuiusque Statuti. =

A. 1. n. 23. extat S. Hildegardis Abbatissæ expositio sup. Regulam S. Benedicti. = Vide C. 6. n. 27. =

✠ * C. 1. n. 11. extant S. Basilii Magni triginta quatuor Constitutiones Monachorum, et Eremitarum cum undecim advertentiis pro viris delinquentibus: ~~[illegible]~~ decem, et novem pro foeminis: et aliis quadraginta novem pro delinquentibus utriusque sexus. =

E. 1. n. 8. extant Statuta Benedictina Capituli generalis celebrati Compendii Picardiæ anno 1363. =

B. 2. n. 81. extant Joannis Caramuelis Commentarii super Regulas Sanctorum Benedicti Basilii, et Augustini. = Testamentum S. Benedicti, et Regulæ Militum templi, sive templariorum: ibique de Legibus, et generibus Monachorum ante Christum, et post Christum, eorumque obligationibus, et regimine tam monastico, quam iudiciali. = N. 82. extant plures Epistolæ de rebus ad religiosos tam Claustrales, quam Militares pertinentibus. =

D. 2. n. 86. extat Antonii Perez
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

K.5.n.91–92–93. extat Collectio Papalium Constitutionum, et decisionum Sacrar. Congregat. pertinentium ad Regulares etiam Ordinem Militarium.=

Comment. vel Expositio bipartita in Regulam S. Benedicti Abbatis.=

E.5.n.25. extat apud Joannem Baptistam de Lezana pag. 387. Regula S. Augustini.= N.26. pag. 530. Regula prima, et primitiva Carmelitarum postmodum à Summ. Pontificibus correcta, mitigata, et declarada, atque ab eodem dicto Lezana exposita.=


* G.5.n.97. extat inter alia Regula S. Augustini.=

E.5.n.28–29. extat Humberti Expositio sup. Regulam S. Augustini aucta per Vincentium Villart ex scriptis Authoris, et ex doctrina S. Thomae Aquinatis.=



F.5.n.53. extant Regula S. Augustini, et Constitutiones Mercenariorum discalceatorum †

† approbatae per Vrbanum Octavum ann. 1623. cum additionibus seu novis aliis Statutis.=



H.5.n.7. extant Constitutiones Societatis Jesu Romae impressae ann. 1583. cum earum declarationibus.=



K.5.n.98. extant Fragmentum Regulae Monialium Minimarum.= Regula tertiariorum Minimorum.= Correctorium, sive Statuta Fratrum Minimorum, eorumque privilegia à S. Sede concessa, et approbata.=

* C.6.n.90. extat Regula Sancti Benedicti Abbatis.= N.92.

C.6.n.38. extant ad fol. 231. Constitutiones primitivae Mercenariorum discalceatorum ann. 1603. cum publico sui reformationis instrumento.=

F.5.n.96. extant Constitutiones Appostolicae publice legendae, et aliae nonnullae pro oculis Regularium habendae. Cum additione Josephi à Neapoli.=



C.6.n.97. extant Constitutiones Monialium recollectarum Cisterciensium: Et iterum S. Hildegardis Abbatissae Expositio Regulae S. Benedicti. Vt sup. A.1.n.23.=

D.6.n.46. extat Regula Monialium Ordinis de la Annunciata, per Leonem decimum confirmata.=



H.5.n.8. extant Decreta Sac. Congr. Consilii jussu Vrbani 8. de Apostatis, et ejectis.= Decreta Clementis 8. de reformatione Regularium.=

Constitutiones Concilii Aquisgrani ann. 817. ad Monachos pertinentes.=

C.7.n.1 extat Regula S. Salvatoris S. Birgitt. revelata, et à Sede Apostolica pro suis Monachis, et Monialibus approbata.=

~~~~~~~~~~

Tractatus, Libri, Opuscula etc.

B.5.n.22. extant Christiani Lupo Dissertationes de Jure Regularium Ecclesia-
~~~~~~~~~~

rum quoad praedicationem divini Verbi adversus Philaletis responsionem: et de Simonia Monasteriorum.= B. S. n. 106. extat Francisci Bordoni Praxis Criminalis Regularium.=

B. S. n. 113. extat Thomae Francisci Rotario Liber tertius, cuius Cap. 5. tractat de Ordine Judiciali Regularium, et exhibet brevem methodum formandi processus.=

* C. S. n. 28. extat Laurentii de Peyrinis Alphabeticum formularium ad Officium Praelati Regularis, praesertim in processu Judiciali legitime exercendum.

* C. S. n. 52. extat Martini Torrecilla tractatus Variarum Consultationum ad Ordinem Judicialem Regularium pertinentium.=

N. 51. [illegible] Appologia sup. nullitate excommunicationis lat. a quodam Episcopo in quendam Praelatum Regularem, et suspensionis a praedicationibus, et Confessionibus in omnes suae Communitatis Ministros, cum actibus Judicialibus et diffinitiva Nunciaturae Sententia lata contra huiusmodi Episcopi factum.=

C. S. n. 60. extant Joannis Clericato Discordiae forenses de Jurisdictione, et de Regularibus.= D. S. n. 13. extant Emmanuelis Rodriguez Quaestiones Regulares circa Judicialem Regularium Correctionem, velutique procedendi ordinem, et poenas infligendi.=

E. S. n. 22. extat Philippi de Bellis Camerino Compendium de theoria, et praxi Judicialium Causarum Regularium in duas partes divisum, quarum prima, post quaedam praeludia expendit quid quid expectat ad rite, ordinate, et debite inchoandum, prosequendum, et terminandum processum: secunda exhibet formulas procedendi per viam Inquisitionis, Denunciationis, et Accusationis tam pro Judicibus ordinariis, quam pro Commissariis Judicibus.=

E. S. n. 32. extat Augustini Matheucci Officialis Curiae regularis optime instructus ad iura suae religionis in Curia defendenda.= F. S. n. 23. extant Josephi Aldrete Libri de religiosa disciplina tuenda, ubi habet ordinem judicialem Causis Regularium ac-

*

K. 5. n. 19. extat Martini à S. Joseph Expositio Brevium Apostolicorum ad melius regimen regularium pertinentium cum Compendio privilegiorum, et favorum Prælatis, Confessoribus, et Prædicatoribus regularibus concessorum. = N. 15. extat Epitome Ordinis Judicialis regularium. =

commodatum, totamque Iudicii formam, et figuram exponit. = Item Dicæalogia, sive Iustificatio, vel Iuris allegatio pro Societatis Iesu, omniumque regularium Exemptione à Locorum Ordinariis. =

F. 5. n. 23. extant Iosephi de Sta. Ma. Disceptationes sup. Iuribus, et privilegiis Pontificibus, et Regalibus Prioris, et Monasterii S. Laurentii del Escorial. =

F. 5. n. 55. extat Ioannis Zambrano Consultatio, et resolutio sup. Iure Abbatis Collegiatæ de Zafra circa benedictiones Incensi, Diaconi, et Prædicatoris extra suam Ecclesiam, aut in Ecclesiis Regularium. =

E. 5. n. 28–29. extant Francisci de Sosa advertentiæ sup. Constitutione Clementis Octavi de Largitione munerum. =

E. 5. n. 36. extat Petri ab Angelis Compendium Ordinis Iudicialis, et praxis tribunalis Religiosorum. =

E. 5. n. 40. extat Gabrielis de Novoa Apologia pro Confessoribus, et Prædicatoribus regularibus contra Ordinarios Confitendi, vel prædicandi eorum licentias revocare, vel limitare volentes. =

E. 5. n. 41. extat Iosephi à Sta. Maria tribunal religiosorum docens modum, et Ordinem in Correctione fraterna, et iudiciali servandum. =

*

A. 8. n. 23. extat Theophili Raynaudi tractatus de bonitate absoluta, et respectiva status religiosi, repulsis Maledictorum obiectis, et de benedictionibus pro Benevolis, et Maledictionibus pro Malevolis erga Religiosos. =

C. 8. n. 21. extat scriptum pro Electione Cuiusdam Prioris Carmelitæ facta Romæ in Capitulo Generali ob renunciationem prædecentis, renuntiationem postea revocantis, aut revocare volentis. =

C. 8. n. 25. extat Allegatio pro Conventu Hispalense S. Mariæ de las Dueñas adversus D. Martinum de Otto sup. nullitate Cuiusdam testamenti. = Sententia, et decretum de manutentione precedentiæ Benedictinorum super Religiosos Basilios. =

C. 8. n. 28. extat scriptum pro valore Contractus Cuiusdam Censu as levados

quandam Vrgentiam Magni Conventus Hispalensis Carmelitarum, Cum subscriptionibus plurium theologorum, et Magistrorum. = Acta, et scripta pro, et Contra Valorem Capituli Pro̅alis Bethicae Pro̅ observantium Carmelitarum anni 1712. Cum litteris Clementis Vndecimi eundem Capitulum subsanantibus. = Scriptum Hieronymi de Pedraza ostendens regularium exceptionem à Iurisdictione Capituli in Sede Vacante. =

C. 8. n. 22. extat Magistri Luque Carmelitae epistola ad Magistrum Ortega Carmelitam Circa litigium sup. predicto Pro̅ali Capitulo Carmelitano. = Vulgatum scriptum Pro̅ Bethicae Mercenariorum discalceatorum pro Valore Capituli Pro̅alis anni 1724. non obstante protestatione, aliquorum Vocalium. =

C. 8. n. 30. extant Iosephi Nicolai Cavero Dissertationes Historico-legales pro religione Mercenaria Contra religiosos trinitarios sup. Articulum primogeniturae instituti redemptionis Captivorum in Regnis Aragoniae, et quod huius decissio non pertinet ad supremum Senatum, sed ad Regiam Castellae Cameram titulo Regalis patronatus. = Item Anonimi querellae adversus predictas dissertationes. =

D. 8. n. 20. extat scriptum Vulgatum sup. intempestivum, et indebitum recursum quorumdam Magistrorum S. Augustini ad Regium Chilensem Senatum, Cuius decreto Minister Pro̅alis fuit extra totam Americam electus proximo die, quo Celebraturus erat Pro̅ale Capitulum, et necdum admisso Capituli Presidente. =

E. 8. n. 20. extat Deffensorium exceptionis Capellani regularis Classis maritimae à iurisdictione Capellani maioris eiusdem Classis. = Item Ioannis Zuñigas Confutatio Laurentii Peirini excludentis Laicos, et Oblatos Minimorum à testificatione in foro Civili, et Criminali. = ~~~~~

Iurisprudentia seraphica.

Textus.

A.1.n.21. extat testamentum S.P.N. Francisci cum eiusdem Laudibus ab incerto Authore.=

B.1.n.11. extant Testamentum S.P.N. Francisci, eiusque Laudes ab incerto Authore: Prima pro suis fratribus regula cum exortatione ad eos: Secunda fratrum regula cum eiusd. Laudibus: Prima regula Clarissarum: et tandem regula tertiariorum cum argumentis Joannis de la Haye.=

D.5.n.11. extant Statuta generalia Barchinonensia, pro Indianis, et recollectis recognita Toleti ann. 1583.=

D.5.n.12. extant eadem Statuta Barchinonensia, et ultra pro Locis terrae sanctae ex recognitione, et ordinatione Segobiense ann. 1621.= Regula fratrum Minorum, et testamentum Seraphici Patriarchae.=

D.5.n.13. extant S.P.N. Francisci testamentum, et regula: item Acta capitulorum, et Congregationum generalium celebratarum Toleti ann. 1523: Salmanticae ann. 1553: Aquilae ann. 1559: Metinae del Campo ann. 1560: Vallisoti ann. 1565: Romae ann. 1531: Parisiorum ann. 1579: Toleti ann. 1583: Romae ann. 1587: Vallisoti ann. 1593: Victoriae anno 1596: Romae ann. 1600: Toleti ann. 1606: Romae ann. 1612.=

E.5.n.18. extant Monumenta Ordinis Seraphici in tres tractatus divisa, quorum primus continet Ordinis privilegia authentica, non authentica, et Vivae Vocis oracula ab Innocentio tertio usque ad Julium secundum.= Secundus, Regulam Seraphicam, et quam plurima originalia Ordinis privilegia.= Tertius, primam, et secundam regulam, atque testamentum S.P.N. Francisci: Constitutiones generales Martinianas, Antiquas Farinarii, vel S. Bonaventurae, et Barchinonenses: et tandem primam, et secundam regulam S. Clarae.=

E.5.n.19. extant eadem Ordinis monumenta posterioris impressionis, et in solos duos tractatus divisa, quorum primus, qui tantum extat, continet omnia Ordinis privilegia authentica, non authentica, et Vivae Vocis oracula, quae sup. n.18. aliaque multa, quae tempore primae impressionis non fuerunt praesentia.=

* F. S. n. 60. Extant acta, et Statuta Capituli Generalis Vallisoletani ann. 1740.=

E. S. n. 25. Extat apud Ioannem Baptistam Serrana Regula S. P. N. Francisci, suique Ordinis Seraphici.=

F. S. n. 16. Extant Acta, et Statuta generalia toletana ann. 1658: Vallisoletana ann. 1670: toletana ann. 1673: Romana ann. 1651=1688=1700: Victoriana ann. 1639: et municipalia Prov. Bethicę observantis ann. 1663.=

N. 17. Extant Acta, et Statuta Romana ann. 1639=1651=1676: Vallisoletana anni 1670: et municipalia Prov. Assumptionis de Tucuman ann. 1665.=

F. S. n. 18. Extant Regulę prima, et secunda S. Clarę: Regulę Monialium Conceptionis, Tertiariarium de poenitentia, et Statuta Romana ann. 1639. pro omnibus Monialibus huic Seraphicę familię subiectis.=

F. S. n. 19. Extant Acta, et Statuta Capit. gener. Romani ann. 1723.=

F. S. n. 22. Extant Municipalia Statuta S. Prov. Castellę.=Vide Antiquiora H. S. n. 8.=

F. S. n. 26. Extat Antonii Palumbo de Campobasso familiare Regularium inter alia Continens testamentum, et Regula S. P. N. Francisci.=

F. S. n. 57. Extat novissima Compilatio Statutorum huius Cismontanę familię Collecta, revisa, et Correcta per Patres designatos in Capitulo generali Mediolanensi ann. 1729.=

* S. S. n. 12. Extant Firmamenta Ordinis in partes divisa, quarum prima pars Continet primam, et secundam regulam, et testamentum S. P. N. Francisci, Causamque cur vnam, et aliam Ordinaverit, et Laudes regulę secundę, et testamenti.=Constitutiones Narbonenses: Ordinationes Paduanę ann. 1350. cum antecedentibus, et subsequentibus advertentiis.=

Secunda pars Continet Privilegia trium Ordinum S. Francisci, quibus premittitur tabula, et summaria declaratio ipsorum Cum remissionibus.=Tertia Continet Statuta generalia, et Papalia Ordinis Minorum Collecta per Generalem Roynaldum Gracianum de Cotignola

Commissione, mandato, et Autoritate Julii Secundi, et Capituli generalis ann. 1508. = Ordinationes quaedam pro Francia Prov.a = Ordinationes pro Visitatoribus, et religiosis Monialium Obsequio deputatis. = Ordinationes Circa gradum, et Ordinem inter fratres servandum. = Restrictiones Circa promotiones fratrum ad Officia, studia, et gradus litterarios. =

Quarta pars Continet Declarationes, et Constitutiones Martini quinti Cum processu Confirmationis, et publicationis earum. = Quinta pars Continet Regulam S. Clarae ab Innocentio quarto approbatam, et privilegium paupertatis ab eodem Innocentio S. Clarae Concessum. = Secundam regulam ab eodem Innocentio datam Monialibus proprium habentibus. =

Regulam tertiam earumdem Monialium Cum aliquibus additionibus, et moderationibus ab Urbano quarto Ordinata Cum litteris Mathaei Cardinalis protectoris Circa Curam Monialium habendam, et alia plura servanda. = Constitutiones pro regimine Monialium in Communi possidentium. = Constitutiones pro institutione, et reformatione sororum pauperum Colettanearum. = Regulam tertii Ordinis de poenitentia S. Francisci. = Declarationes gratiarum sororibus S. Clarae et tertiariis Concessarum praesertim a Sixto quarto Cum summario Bullarum Appostolicarum, et privilegiorum a principio iuxta Ordinem SS. Pontificum. = Et tandem extractum Constitutionum pro regimine tertiariorum, praesertim Regulariorum. =

§. 5. n. 15. Extat speculum fratrum Minorum id ipsum prorsus Continens quod Monumenta Ordinis sup. E. 5. n. 18. =

§. 5. n. 16. Extat tertia Compilatio privilegiorum Ordinibus Mendicantibus Concessorum, estque supplementum Operis Monumenta Ordinis. = Item Compendium eorumdem privilegiorum alphabetice digestum Cum additionibus, et notis Collectoris editum Vallisoleti anno

Domini 1525. estque supplementum operis Monumenta Ordinis Utriusque impressionis Ut sup. E.5. n.18-19. et supplementum supplementi.=

E.5. n.17. extat alterum simile privilegiorum Mendicantium Compendium + cum additionibus, et notis Collectoris editum Salmanticę ann. 1532. estque pariter supplementum Operis Monumenta Ordinis Utriusque prefatę impressionis, et supplementum supplementi.=

+ alphabetice dispositum, et

E.5. n.18. extat tripartitum Manuale fratrum Minorum continens inter alia Regulam, et testamentum S.P.N. Francisci: et Authoris antea innominati, nunc autem nominati Ioannis Argomanes Speculum fratrum Minorum illud ipsum, quod sup. E.5. n.15.=

Extant etiam Statuta generalia Barchinonensia Parmę acceptata, [illegible] et Tolosę ann. 1532. correcta, et emmendata.= Bulla Unionis fratrum Minorum, et Bulla Concordię inter fratres Minores Observantes, et Conventuales.= Decisiones, et Ordinationes variorum generalium Capitulorum Statutis Barchinonentibus inserendę suis in locis competentibus.= Prima, et secunda regula Monialium S. Claræ: Prima, et secunda regula tertiariorum: et regula Monialium Conceptionis.=

E.5. n.19. extat iterum Compendium privilegiorum Mendicantium illud ipsum, quod sup. n.17. cum annotationibus Hieronymi Sorbo, et Antonii de Cordoba, subiunctisque nonnullis Bullis Pontificiis habendis à regularibus pre manibus, et duabus tertiariorum regulis.=

E.5. n.20. extat, preter alia, Regula S.P.N. Francisci.=

E.5. n.21. extant, preter alia, Regulę, et Statuta tertii Ordinis, actaque, et statuta Capituli generalis Romani ann. 1688.=

E.5. n.22. extant Municipales Constitutiones S. Provę Aragonię Observantię S. Francisci.= H.5. n.8. extant Statuta Barchinonensia recognita Segovię ann. 1621.= Acta Capitulorum Romę ann. 1612-1625. et Toleti ann. 1633.= Constitutiones Monialium huius familię Cismon-

tang ann. 1583. et municipales Constitutiones S. Provinciae Castellae ann. 1595. = Vide moderniores supra F. 5. n. 22. =

H. 5. n. 9. Extat Ivonis Magistri Manipulus Fratrum Minorum in decem partes divisus, quarum prima continet Regulam, et testamentum S. P. N. Francisci, et utriusque laudes. = Tertia continet Acta Fratrum Minorum in Concilio Constantiense pro reformatione Ordinis, provisionem Concilii, et conclusionem Universitatis Parisiensis. = +

+ Item Compendium privilegiorum Ordini Seraphico concessorum, et Litteras Pii quinti, et Gregorii decimitertii ea confirmantes, et ampliantes. =

K. 5. n. 23. Extant Regulae Monialium S. Clarae, et Conceptionis. =

K. 5. n. 25. Extant Regulae tertiariorum Regularium, et Secularium S. Francisci datae à Nicolao quarto, et Leone decimo. = +

+ Item Decreta, et ordinationes Generalis Messina pro iisdem tertiariis cum interrogatorio ad faciendas eorumdem informationes. =

K. 5. n. 26. Extat Regula tertiariorum S. Francisci per Nicolaum quartum data. =

C. 6. n. 11. Extant Prima, et Secunda Regula S. P. N. Francisci cum suis confirmationibus. = C. 6. n. 13. Extant Acta, et Statuta in Comitiis generalibus Ordinis Minorum ab eius exordio usque ad ann. 1621. = N. 19. Extant ab ann. 1625. usque ad ann. 1682. =

C. 6. n. 17. Extant Prima, secundaque Regula, et testamentum S. P. N. Francisci, atque rationalis Oeconomia omnium provisionum Appostolicarum, et privilegiorum Ordini Seraphico concessorum. =

C. 6. n. 20. Extant Acta, et Statuta facta in Ordine Minorum ab eius initio usque ad ann. 1633. = D. 6. n. 21. Extat Regula Monialium de La Annunciata per B. Joannam de Valois fundatarum, et observantiis S. Francisci subiectarum. = D. 6. n. 26. Extant Regulae tertiariorum Regularium S. Francisci, et Monialium Conceptionis. =

G. 6. n. 17. Extant Acta Seraphici Capituli generalis toletani ann. 1606. =
G. 6. n. 18. Extant Acta generalis Seraphici Capituli toletani ann. 1633. =

* C. 8. n. 22. extant Statuta Prov̄rum Regni Peruani pro debita observantia, et directione Doctrinarum. =

G. 6. n. 20. extant Statuta generalia pro India Orientali facta in Capitulo generali Romano anno 1639. et roborata ab Vrbano Octavo. =

F. 7. n. 3. extant Regula, statuta, et privilegia tertiariorum S. Francisci. =

K. 7. n. 29. extant Regula, et testamentum S. P. N. Francisci. =

L. 7. n. 11. extant Regula, et testamentum S. P. N. Francisci. =

L. 7. n. 23. extant Regula, et Constitutiones tertiariorum S. Francisci. =

* G. 8. n. 69. extant Acta, et Statuta generalium Ordinis Seraphici Capitulorum Romæ ann. 1625 — 1639 — 1676 — 1700: Toleti ann. 1633 — 1673: Vallisoletani ann. 1664: Toletani ann. 1682: Victoriensis ann. 1694. =

G. 8. n. 70. extant erectio, et Statuta Studiorum Linguarum Hebraicæ, Græcæ, et Arabicæ in seraphica Religione per Bonaventuram Poerium. =

G. 8. n. 72. extant Statuta Prov̄æ S. Michaelis observantiæ S. Francisci. =

G. 8. n. 76. extant Acta, et Statuta Capitulorum generalium Romæ ann. 1688 — 1723: et Mediolani ann. 1729. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Circa textum

* D. 3. n. 62. extat Michaelis à Purificatione Vita evangelica Apostolica, cuius quarta pars exponit variis quæstionibus regulam et institutum fratrum Minorum.

A. 1. n. 60. extant S. Bernardini Senensis tractatus de præceptis Regulæ seraphicæ, de triginta, et octo Casibus proprietatis Religiosi, et Epistola ad fratres Italiæ quandam continens Regulæ declarationem. =

* A. 2. n. 6. extant S. Bonaventuræ expositio regulæ seraphicæ, et determinationes quæstionum circa eamdem regulam. =

B. 2. n. 81. extant Ioannis Caramuelis Commentarii sup. Regulas Fratrum Minorum, et Sororum tertiariorum. =

D. 2. n. 98. extat Francisci à S. Clara Manuale Missionariorum, ubi præcipue Regulæ seraphicæ quæstiones elucidantur. =
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

D. S. n. 12 - 13. Extant Pontificiæ declarationes Nicolai tertii, et Clementis quinti sup. Seraphicam Regulam. =

D. S. n. 29. Extat Leandri de Murcia Expositio Regulæ Seraphicæ. =

D. S. n. 53. ~~[illegible]~~ et n. 60. Extant Thomæ Montalvo Glossæ fundamentales sup. generalia Statuta huius Seraphicæ Cismontanæ familiæ ad fratres, Moniales, et tertiarios pertinentia. =

E. S. n. 18. Extant sup. Regulam Seraphicam Pontificiæ declarationes Innocentii quarti, Nicolai tertii, Gregorii Noni, Gregorii decimi, Clementis quinti, et Ioannis Vigesimi Secundi. = Extant item eiusdem Regulæ Expositiones Quatuor Magistrorum, S. Bonaventuræ, Hugonis, SS. Patrum Ordinis, S. Bernardini, et Ieronis Consiendatiæ. = Præterea, tres S. Bonaventuræ Epistolæ, nonnullæque quæstiones aliqua de Statu fratrum Minorum determinantes, et alia sæculares Contra Statum Regularem moventia, Expendentes. = Iterum E. S. n. 15. =

E. S. n. 20. Extant Santorii de Melfio Commentar. sup. Statuta, et Constitutiones Minorum de Observantia cum additionibus Bonæ gratiæ Authoris discipuli. = N. 21. Examen Legum poenalium, et poenarum, quibus Regulares, signanter Minores, punitivam administrant Iustitiam. = †

Vide infra K. S. n. 8. =

F. S. n. 3. Extat Ludovici de Miranda Expositio sup. Regulam Seraphicam. =

F. S. n. 30. Extat Francisci de Angulo manuscripta Expositio Seraphicæ Regulæ. =

G. S. n. 11. Extant Firmamenta Ordinis, ubi prologus ad regulam Seraphicam et brevis quædam eius Expositio. = Item ibidem extant Regulæ Seraphicæ Pontificiæ declarationes Gregorii Noni, Innocentii quarti, Gregorii decimi, Alexandri quarti, Nicolai tertii, Clementis quinti, Ioannis Vigesimi Secundi, et Martini quinti. = Insuper eiusdem Regulæ Expositiones quatuor Magistrorum, S. Bonaventuræ, Hugonis, Bartholomæi Pisani, cui præmittuntur

Regulæ, et Status Seraphici Commendationes, et subiunguntur Emmendationes, additiones, et ampliores declarationes.=

Item Expositiones quorumdam Ordinis Patrum, Generalis Gundisalvi, S. Bernardini, Joannis Pecani, Seren[æ] Conscientiæ, Petri Joannis, et aliorum antiquorum Doctorum, qui vel totam, vel partem Regulæ declararunt, præsertim quantum ad specialem fratrum Minorum Obedientiam, pro eius qualitate, et perfectione intelligenda variæ, et singulares advertentiæ, sententiarumque collectiones adducuntur.=

Item S. Bonaventuræ Epistola defensoria ad Magistrum innominatum pulchre eliminans varios eius errores circa Regulam Seraphicam, et variæ quæstiones, et determinationes sup. eandem Regulam pro defensione Status, et professionis Minorum.= tandem ibidem sunt nonnullæ declarationes, et quæstiones sup. Regulam ex diversis collectæ.=

E. 5. n. 15. extat Speculum Fratrum Minorum idipsum prorsus continens quod supra E. 5. n. 18.=

A.1.n.9.-59. Extant S. Leonis Papæ primi Oratio, sive tractatus Contra Eutychetem, et quamplurimæ Epistolæ ad Episcopos, et Principes, aliorumque ad ipsum Leonem adversus errores Arrii, Eutychetis, et Priscilliani.= Vide A.1.n.23.

A.1.n.10. Extant S. Prosperi Aquitanici Epistola ad Ruffinum de gratia, et libero arbitrio, et libri de Vocatione Gentium Contra Pelagianos: Liber item de Ingratis Carmine Conscriptus Cum poetico Nestorianæ, et Pelagianæ hæresis Epitaphio.= Vide D.1.n.22.=

A.1.n.10. Extat Arnobii Junioris Conflictus Catholici Cum Serapione Ægyptio de Deo Uno, et trino: de duabus in Christo naturis Cum Unitate personæ, et de Concordia gratiæ, et Liberi arbitrii Cum notis Fevardentii Minoritæ.=

A.1.n.10. Extat Theodori presbiteri Commentarius de Incarnatione Domini Contra Nestorium, Eutychem, aliosque hæreticos.=

A.1.n.10. Extat S. Basilii Seleuciensis Oratio Vigesima secunda Contra hæreticos Arrium, et Eunomium.=

A.1.n.10. Extant Fausti Regiensis Episcopi Libri de gratia, et Libero Arbitrio Contra Pelagianos, quo etiam tendit eius Epistola ad Lucidum presbiterum, et huius ad Faustum: et Contra Nestorium Epistola ad Graecum Diaconum, atque Contra Arrianos Epistola sextadecima, in qua, et in Epistola ad Benedictum Paulinum, notandum quod sentit Angelos, et Animam esse quid Corporeum, solumque Deum esse incorporeum.=

A.1.n.10. Extat Nemesii Episcopi Emisseni Liber de natura hominis refellens Manichæos, Apollinarem, Eunomium, et alios, sapiens tamen Pelagianismum.=

A.1.n.10. Extat Agnelli Ravennatensis Episcopi Epistola ad Armenium de ratione fidei præcipue refutans Arrianam hæresim.=

A.1.n.10. Extat Cerealis Episcopi Libellus Contra Maximinum Arrianum.=

A.1.n.10. Extat Gelasii Papæ, vel alterius Ergo? Opus de duabus in Christo naturis ad Eutychem, et Nestorium.=

A.1.n.10. Extat S. Vigilii Tridentini Episcopi sub nomine S. Athanasii Disputatio adversus Sabellii, Fotini, et Arrii hæreses.= Extant item quinque libri de duabus in Christo naturis in Unitate personæ contra Eutychem, aliosque hæreticos.=

A.1.n.10. Extant S. Paschasii Diaconi Cardinalis decem libri de Spiritu Sancto contra Macedonium.=

A.1.n.11. Extant S. Fulgentii Ruspensis Episcopi Liber secundus ad Monimum tenens contra Hæreticos sacrificium offerri Deo, non Patri solo, et exponens quo sensu petat Ecclesia mitti Spiritum Sanctum ad Sanctificandum sacrificium, quod toti trinitati offertur.= Liber item tertius ad eundem explicans illud Joannis Et Verbum erat apud Deum contra Arrianos.= Liber item satisfaciens ad decem Arrianorum obiectiones.=

Præterea tres libri ad Trasimundum Regem, de duabus Christi naturis in Unitate personæ: de immensitate filii Dei: et de sacramento Dominicæ passionis adversus quoddam Hæreticorum Volumen sibi a prædicto Rege missum.= Item liber ad Donatum, tentatum ab Arrianis, aliisque Hæreticis, de fide orthodoxa, et variis Hæreticorum erroribus.=

Item Responsio ad quinque quæstiones sibi propositas in Epistola Ferrandi Diaconi.= Item liber de Incarnatione, et gratia Christi ad librum Petri Diaconi, et aliorum Fulgentio missum.= Item tres libri de Veritate prædestinationis, et gratiæ Dei, de quibus Episcopi Exules in Sardinia meminerunt in sua Epistola Synodica.= Item liber de trinitate ad Felicem Notarium.= Item liber contra Sermonem fastidiosi Arriani, quem a Victore acceperat refutandum.= tandem fragmenta quædam nonnullorum Fulgentii Librorum, qui perierunt.= Vide etiam A.1.n.52.=

A.1.n.11. Extat Ferrandi Diaconi Carthaginensis Epistola ad Eugippium de essentia trinitatis, et natura Christi.= Item eiusdem Epistola ad Anatolium Diaconum Romanum, et alia ad Severum Scholasticum contra Eutychem, aliosque errantes circa trinitatem, Verbi incarnationem.= Vide A.1.n.26.=

A.1.n.11. Extat Felicis Ennodii Ticinensis Episcopi Liber apologeticus adversus eos, qui contra Symmachum Papam, et quartam Synodum Romanam scripserunt.= Item Sermo, vel dictio de Hæresibus Orientis.=

A.1.n.11. Extant Joannis Maxentii Hæretici Eutychiani Responsio ad Epistolam Hormisdæ Papæ ad Possessorem Episcopum.= Libellus contra Acephalos: et duo libri, vel Dialogi contra Arrianos. Vide infra D.2.n.83.=

A.1.n.11–26. Extant Leontii Monachi Byzantini tres libri contra Eutychianos, et Nestorianos.= Liber adversus fraudes Apollinistarum.= Responsio ad argumenta Severi in suo Dialogo inter Orthodoxum, et Acephalum.= tandem triginta dubia hypotetica contra negandes in Christo duas naturas post Unionem.=

A.1.n.11.–26. Extat Zachariæ Mytilenes Episcopi Disputatio de duobus principiis adversus scriptum cuiusdam Manichæi.=

A.1.n.12. Extat Rustici Diaconi Cardinalis Disputatio de duabus in Christo naturis contra Acephalos.=

A.1.n.13. Extant S. Maximi Monachi Martyris Disputatio publica et solemnis contra Pyrrhum unam tantum in Christo Voluntatem ex Sergio defendentem: huius fragmentum extat iterum A.6.n.25.= Item alia eiusdem Opuscula duas in Christo naturas demonstrantia, duasque Voluntates, et operationes cuique Voluntati competentes.= Vide C.1.n.2.=

A.1.n.13. Extant S. Ildephonsi Antistitis Toletani Liber Synonimorum de illibata Deiparæ Virginitate contra Jovinianum, Elvidium, et Judæum.= Liber item alius adversus negantes perpetuam Deiparæ Virginitatem, et homilia contra tenentes Deiparam peperisse Dominum contra legem.= Vide K.1.n.3.=

A.1.n.14–26. Extat incerti Authoris Collectanea ex Patribus contra Severianos, et Acephalos.= Vide F.2.n.8.=

A.1.n.14. Extant Etherii Uxamensis Episcopi, et Beati Presbyteri duo libri contra Elipandum Toletanum Archiepiscopum.=

A.1.n.15. Extat Paschasii Ratberti Abbatis Corbeiensis Liber de Christi Corpore, et Sanguine in Eucharistia, qui etiam reperitur

cum quadam ejusdem Epistola circa eandem rem ad Fredegardum, et expositione illius Math. 26. Coenantibus autem eis accepit Jesus etc. H. 2. n. 19.=

A. 1. n. 15.-26. Extant Nicephori Episcopi Constantinopolitani Opuscula de imaginibus contra Iconomachos.= Vide F. 2. n. 8.=

A. 1. n. 15. Extant Jonæ Aurelianensis Episcopi tres Libri de cultu imaginum adversus Claudium taurinensem hæreticum.=

A. 1. n. 15. Extant Agobardi Episcopi Lugdunensis Opusculum ad Ludovicum imperatorem contra Felicem Orgelitanum: aliud ad Cantores suæ Ecclesiæ adversus quasdam novitates in divinis Officiis introductas, et de veteri ritu canendi Psalmos in Ecclesia: atque aliud de picturis, et imaginibus, quibus nec offerendum sacrificium, nec præstandum cultum soli Deo debitum.=

A. 1. n. 15-26. Extant Ecclesiæ Lugdunensis circa prædestinationem, liberum arbitrium, Damnationem per Adami peccatum, et redemptionem per Christum, Liber adversus Joannem Erigenam dictum: Judicium de quibusdam tribus Epistolis: Absolutio cujusdam quæstionis: et Liber de tenenda immobiliter sacræ scripturæ Veritate, et SS. Patrum Autoritate cum notis Andreæ Duvallii.=

A. 1. n. 16. Extat Dungali Liber de sacris picturis, imaginibus, memoriis, et reliquiis Sanctorum contra rescriptum apologeticum Claudii Episcopi taurinensis adversus Theutmirum Abbatem.= Vide etiam A. 1. n. 26.=

A. 1. n. 18. Extant Humberti Episcopi Cardinalis Libelli adversus Epistolam Michaelis Constantinopolitani, et Leonis Achridani: et contra Libellum Nicetæ Pectorati Monachi adversus Romanos, et Latinos de Azymis, Sabbato, Alleluia, et nuptiis Sacerdotum: et ad calcem brevis relatio gestorum ab Apocrisariis Sanctæ Sedis circa prædictos.=

A. 1. n. 18. Extant Adelmani Brixiensis Episcopi Epistola, et Opus de Veritate Corporis, et sanguinis Christi in Eucharistia contra Berengarium.= Vide H. 2. n. 19.=

A. 1. n. 18. Extat Lanfranci Can-

Juariensis Archiepiscopi Liber de Veritate Corporis, et Sanguinis Christi in Eucharistiæ Sacramento Contra Berengarium. = Vide H. 2. n. 19. =

A. 1. n. 18. Extant Guitmundi Archiepiscopi Cardinalis tres Libri, vel dialogi de Veritate Corporis, et sanguinis Christi in sacramento Eucharistico Contra Berengarium. = Vide H. 1. n. 19. =

A. 1. n. 18. Extat Durandi Episcopi Leodisensis Epistola de Corpore, et Sanguine Christi in Eucharistia ad Henricum Regem Francorum adversus Episcopos Brunonem, et Berengarium. =

A. 1. n. 18. Extat Samonis Episcopi Gazæ Disputatio Cum Achmed Sarraceno sup. Veritate Corporis, et Sanguinis Christi in Eucharistia, Cum notis Gerardi Vossii. =

A. 1. n. 18. Extat Michaelis Pselli Dialogus triginta sex Capitulorum de Energia, et operatione Dæmonum Contra Manichæos, et Euchitas, Vel Massalianos. =

A. 1. n. 18. Extant S. Anselmi Mantuani Lucensis Episcopi duo Libri pro defensione S. Gregorii Papæ septimi Contra Guibertum Antipapam, quorum primus eius, et suorum Arrogantiam, et petulantiam increpat, et ad poenitentiam provocat: Et secundus satisfacit dicentibus Christi Ecclesiam Regali potestati subiacere: et ad calcem Vel tanquam huius pars, vel tanquam tertius Liber, Collectanea Canonum, et Sententiarum suadentium facultates Ecclesiæ non esse in potestate Regis, aut Cæsaris. =

A. 1. n. 19. Extant Algeri Monachi tres libri, quorum primus de Veritate Corporis, et sanguinis Christi in Eucharistia: et tertius de quibusdam quæstionibus Eucharistiæ, et aliorum in genere. = Vide H. 2. n. 19. =

Sacramentorum + A. 1. n. 19. Extat Theoriani Orthodoxi Colloquium Cum Armeno Catholico de Armenorum Erroribus. =

A. 1. n. 19 - 26. Extant Eckberti Monachi tredecim sermones, vel tractatus adversus Catharos Manichæos. =

A. 1. n. 19. Extat Germani Patriarchæ Constantinopolitani Oratio de Imaginibus Contra Copronymos, et Iconomachos. =

A.1.n.19. Extat Nicolai Methonensis Episcopi Opusculum de Veritate Corporis, et Sanguinis Christi in Eucharistia.=

A.1.n.20. Extant Hugonis Eteriani Libri de processione Spiritus Sancti à filio Contra Græcos.= Item liber de regressu Animarum ab inferis Contra dubitantes de resurrectione, asserentesque non esse Orandum pro fidelibus defunctis.=

A.1.n.21. Extant Lucæ Tudensis Episcopi tres libri Contra errores Albigensium.= Ibidem Rainerii Dominicani liber Contra Valdenses.= Petri Pilichdorf liber, et fragmentum Contra eosdem Valdenses.= Et incerti Authoris eorumdem Confutatio.=

A.1.n.21. Extant Diversorum Epistolæ, et Acta Contra Folmarum à Petra Stilante de Sacramento Eucharistiæ male sentientem, sicuti Constat ex eius Epistola ad Eberhardum Archiepiscopum Salceburgensem.= A.1.n.22. Extant Barlaami de Seminaria Episcopi Girasensis Epistolæ ad Græcos de Unione Cum Ecclesia Romana, et processione Spiritus Sancti.=

A.1.n.22. Extat Emmanuelis Caleca Græci doctissimi quatuor Libri Contra Græcorum Errores Cum observationibus historicis, et notis Petri Stevartii.=

A.1.n.22. Extat Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani Defensio quinque Capitum Concilii Florentini de processione Spiritus Sancti: de sacrificio in pane Azymo: de purgatorio: fruitione Sanctorum: et superioritate Romani Pontificis super totam Ecclesiam.=

A.1.n.23. Extat Pauli Orosio Liber apologeticus de Arbitrii Libertate Contra Pelagium.= A.1.n.23-26. Extant Theodori Hagiopolitani de Deo, Deitate, Deique nomine Contra Hæreticos: et de Verbo incarnato Contra Nestorianos.= Vide F.1.n.8.=

Libri

A.1.n.23. Extat Cuiusdam Responsio ad quoddam Severianorum Argumentum ex S. Cyrillo Alexandrino desumptum: Ubi quid sìmi-

litudinis, et dissimilitudinis sit inter Constitutionem hominis ex anima, et Corpore, et Constitutionem Christi ex Deitate, et Humanitate. = Vide F. 4. num. 8. =

A. 1. n. 23. Extat Cuiusdam tractatus de processione Spiritus Sancti: Animabus defunctorum: de Azymo, et fermentato: et de Obedientia ad Romanam Ecclesiam ex testimoniis Graecorum contra Graecos. =

A. 1. n. 25. Extat Petri Mauritii Abbatis Nucleus de sacrificio Missae contra Hereticos.+ =

+ Petrum Bruis, et Henricum. = Vide H. 4. n. 13. =

A. 1. n. 26. Extant Paulini Aquileiensis septem libri de filiatione Christi contra Felicem Urgelitanum. =

A. 1. n. 31. Extant S. Ambrosii Mediolanensis duo libri de Vocatione Gentium, ubi quid tenendum de Libero arbitrio. = Quinque libri de fide = tres de Spiritu S. ad Gratianum Imperatorem. = Alter liber aut tractatus de Spiritu S.: Alii libri de fide Orthodoxa contra Arrianos. = de Incarnationis Sacramento: de fide resurrectionis contra Hereticos: et duo libri de poenitentia cum Exortatione ad eam contra Novatianos. =

A. 1. n. 32. Extant S. Augustini tres libri de Libero arbitrio, unde ortum habet omne malum contra Manichaeos: Liber de moribus Manichaeorum: et duo libri de Genesi contra eosdem Manichaeos. = Vide sup. sub titulo contra Paganos. = N. 33. Extant Epistola 28. de Animarum Origine contra Pelagianos. = Adversus eosdem, et Manichaeos expendit Augustinus Epistola 89. an esse possit homo absque omni peccato: an possit mandata Dei facile custodire, si vellit: an Parvulus sine baptismo moriens merito damnetur: an Divites in divitiis manentes ingredi possint ad Regnum Dei: an nullatenus sit Iurandum: et an haec Ecclesia militans sit de qua dicitur non habere rugam, neque maculam. =

Epistolae 90. ad 93. habent Acta Conciliorum Carthaginensis, et Milevitani missa ad Innocentium Papam contra Pelagium, et Celestium, et Epistolam Innocentii ad Concilia. = Epistola 94. agit de erroribus Pelagii damnati. = Epistolae 95 - 96. monet Augustinus cavendum, et caute advertendum quam tandem gratiam admittant Pelagiani. = Epistolae 102 - ad 106. docent caute agendum cum Pelagianis, et plenius instruunt adversus eorum errores, et argumenta. = Epistola 107. agit contra docentes non orandum pro incredulis, et statuit duodecim Regulas contra Pelagianos. =

Epistola 108. arguit contra dicentes Apostolum Petrum non fuisse baptizatum, sed illi pro baptismo sufficisse poenitentiam.= Epistola 130. arguit contra Arrianos.= Epistolae 161. ad 173. arguunt contra Donatistas.= Epistolae 174. ad 178. iterum contra Arrianos.= Epistola 200. docet quod quamvis Christiani sint spiritualiter Iudaei et Israelitae, nominandi tamen non sunt nisi Christiani, et caet.= Epistolae 203 - 209. iterum contra Donatistas.= Epistolae 223 - 224. iterum contra Manichaeos de fato, fortuna, et causa mali.= Epistola 252. Contra librum Pelagii.= Epistola 255. Contra Donatistas.=

N.34. Extat eiusdem Augustini liber de Spiritu, et littera disputans acriter contra inimicos gratiae.= Item S. Fulgentii Liber de fide ad Petrum Diaconum ut sup. A.1. n.11.= N.35. eiusdem Augustini liber de fide, et operibus, et admittendis ad Baptismum.=

N.37. Extant eiusdem Augustini Liber de Utilitate Credendi Contra Manichaeos.= Liber adversus Epistolam Manichaei appellatam Fundamentum.= Liber de duabus Animabus Contra Manichaeos.= Liber, aut disputatio habita coram populo cum Fortunato Manichaeo.= Liber contra quasdam disputationes Adimanti Manichaei.= triginta tres libri adversus Faustum Manichaeum.= Duo libri de actis coram populo cum Felice Manichaeo.= Liber contra Secundinum Manichaeum, cui praemittitur Epistola ad Augustinum.= Liber de natura boni contra Manichaeos.= Liber de Unitate trinitatis contra Manichaeos.= Duo libri contra adversarium legis, et Prophetarum.= Liber ad Orosium consulentem Augustinum contra Priscillianistas, et Origenistas.=

Liber contra sermonem Arrianorum ad ipsum librum praemissum.= tres libri contra Maximinum Arrianum.= Liber de Unitate trinitatis adversus Felicianum Arrianum.= Liber de bono Coniugali contra Iovinianum.= Duo libri de adulterinis Coniugiis ad, et contra Pollentium.=

N.38. Extant eiusdem Augustini Psalmus a populo canendus alphabetice compositus contra Donatistas.= tres libri contra Epistolam Parmeniani Donatistae.= septem libri de baptismo.= Liber de Unico baptismo contra Petilianum. Et contra eiusdem Litteras Libri tres: alterque de Unitate

Ecclesiæ contra eiusdem Epistolam. = Quatuor libri contra Crescenium grammaticum. = Breviculus Collationum cum Donatistis. = Epistola nomine Cirtensis Concilii ad Donatistas. = Liber ad Donatistas post Collationem. = Sermo ad plebem Cæsariensem de Emerito Donatista, et Liber de gestis cum eodem Emerito. = Duo libri contra Epistolas Gaudentii Donatistæ. = et incerti Authoris Liber contra Fulgentium Donatistam. =

Præterea eiusdem Augustini contra Pelagianos tres libri de peccatorum meritis, et remissione. = Liber de spiritu, et littera supra positus, hic reponendus. = Liber de natura, et gratia. = Duo libri de gratia Christi, et peccato originali contra Pelagium, et Celestium. = Duo libri de nuptiis, et concupiscentia. = Sex libri contra Julianum. = Quatuor libri ad Bonifacium Papam contra duas Pelagianorum Epistolas. = Quatuor libri de anima, et eius origine. = Liber de perfectione Justitiæ, contra Celestium. = Ad Valentinum duæ Epistolæ, itemque de gratia, et libero Arbitrio, et Liber de correptione, et gratia. =

Deinde SS. Prosperi, et Hilarii duæ Epistolæ ad Augustinum de reliquiis Pelagianæ hæresis, et Augustini ad ipsos Liber de prædestinatione Sanctorum, et Liber de dono perseverantiæ. = S. Prosperi quatuor libri responsionum adversus Calumniatores S. Augustini in materia de gratia, videndi etiam D. 1. n. 22. et adversus Collatorem Joannem Cassianum videndum S. 1. n. 8. = Item Epistola Celestini Papæ pro S. Augustino ad Episcopos Galliæ. = Concilium item Secundum Arausicanum adversus Pelagianorum errores in Gallia reviviscentes. = Incerti Authoris Hypognosticon sex libris pugnans contra Pelagianos. = incerti, et suspecti Authoris Liber de prædestinatione, et gratia, fragmentumque de prædestinatione Dei: et tandem annotationes super prædicta S. Augustini Opera contra Pelagianos, et Donatistas. = N. 20. Incerti Authoris tractatus de arbore scientiæ boni et mali contra excusantes hominem, et Deo tribuentes peccatum. = A. 1. n. 93. extant S. Hieronymi Liber de perpetua Deiparæ Virginitate contra Helvidium. = Duo libri contra Jovinianum, ubi ipse egit Causam Virginitatis, et aliquibus visum

fuerit duriorem in matrimonium fuisse, imo nonparum detraxisse matrimonio, cui satisfacit Epistolis ad Pammachium, et ad Domnionem.= Epistola ad Riparium, et Liber contra Vigilantium.= Epistola ad Marcellam contra Montanos.=

Duæ Epistolæ ad Damasum Papam contra Arrianos.= Dialogus contra Luciferianos.= Epistola S. Epiphanii ad Joannem Hierosolimitanum contra errores Origenis traducta per Hieronymum.= Epistola Hieronymi ad Pammachium contra prædictum Joannem Origenistam.= ad idem Epistola ad Theophilum Alexandrinum.=

Epistola ad Pammachium, et Occeanum, qua se purgat à suspitione sequacis Origenis, huiusque errores prodit, et Versionem, defensionemque Ruffini pro Origene coarguit.= Apologia in tres Libros divisa ad Pammachium, et Marcellinum contra Ruffinum.= Epistolæ Theophili ad Epiphanium, et Hieronymum, et Hieronymi ad Theophilum in causa Origenis.= Epistola ad Vigilantium tanquam Origenistam Hieronymum calumniantem, et ea de re contra eum scripturum minitantem.=

Epistola ad Tranquillinum docens Origenem ut interpretem legendum; ut Dogmatistem respuendum.= Epistola ad Pammachium, et Marcellam, ut curarent quod actum fuerat in Oriente contra Origenem, Apostolica Romæ confirmaret Auctoritas.= Epistola 129. de Blasfemia in Spum S. contra Novatianos.= Libri tres Dialogorum contra Pelagianos.=

N. 15. Extant Didimi Alexandrini tres libri de Spu S. per Hieronymum ad Latinum traducti. Item Epistolæ Paschales Theophili Alexandrini pariter per Hieronymum traductæ in Latinum, in quarum prima constant, inter alios, Origenis errores.= Item Eusebii Cæsariensis Apologia pro Origene traductore Ruffino.= Ruffini liber de adulteratione Librorum Origenis, et proemium ad Origenis Periarchon.=

Eiusdem Ruffini Apologia ad Anastatium Papam suam illi fidem exponens.= Item Epistola Anastasii Papæ ad Joannem Hierosolimitanum suam continens circa Ruffinum sententiam.= Tandem Ruffini duo libri invectivarum contra Hieronymum, cuius Zelum de fide orthodoxa commendat Augustinus cum Synodo Milevitana ad Innocentium Papam: et quantæ Auctori-

tatis suum fuerit in ecclesia suffragium, testimonium perhibet Gelatius Papa in Synodo Romana dist. 15. Cap. Romana Ecclesia.=

A. 1. n. 26. Extant apud S. Cyprianum Anonymi Liber de non baptisando iterum semel in nomine Jesu christi baptisatum.= Et Liber de non neganda Lapsis Spe Veniæ Contra Novatianos.=

A. 1. n. 27. extat S. Isidori Epistola ad Ducem Claudium, ubi de obedª. ad Romanum Pontificem, Ceterosque Prælatos, et de additione ad Symbolum filioque procedit.= Et Epistola ad Redemptum de pane azymo Contra Græcos.=

A. 1. n. 49. extat V. Bedæ liber 1. in Cant. Cantic, ubi de gratia Dei Contra Julianum Episcopum Pelagianum.=

A. 1. n. 52. extat Origenis Dialogus, vel disputatio Cum Marcianistis habita Coram Judice Eutropio Catholicæ religionis inimico.= N. 53. extat eadem Disputatio in tres dialogos divisa et per Laurentium Humfrido traducta.=

A. 1. 63. Extant S. Gregorii Nazianzeni tres Orationes invectivæ Contra Julianum Apostatam.= Oratio ad Arrianos: et tractatus, huic libellus planiori sermone Expendens a se scripta in altero libello adversus Arrianos, et quorumdam super eo scrupulis Occurrens.= et tandem duæ Orationes, vel Epistolæ ad Cledonium Contra Errores Apollinistarum.=

A. 1. n. 63. extat S. Joannis Chrisostomi Oratio ad illud Joannis In principio Erat Verbum Contra Arrianos, Et Pneumaticos.=

B. 1. n. 8. extat S. Petri Damiani Opusculum de processione Spus S. Contra Græcos.=

B. 1. n. 9. Extant S. Irenæi Episcopi et martyris quinque libri, multaque alia fragmenta Contra Valentinum, et similium Gnosticorum hæreses.= Item Arnobii, et Serapionis Conflictus de Deo uno, et trino, duabusque in Christo naturis, Cum multorum, et præcipue Francisci Fevardentii notis, et ~~[illegible]~~ Epistola dedicatoria videnda.=

B. 1. n. 10. Extant Alcuini septem libri Contra Felicem Urgelitanum de Christi filiatione male sentientem.= Eiusdem Epistola ad

quamdam eam instruens contra Felicis errorem.= Epistola Elipanti Archiepiscopi Toletani ad dictum Felicem.= Epistola Alcuini ad Elipantum: et Elipandi ad Alcuinum.= Alcuini quatuor libri adversus Elipandi Epistolam, et ejus errores circa Christi constitutionem ex duabus naturis in unitate personae.= Ibidem extant Paulini Patriarchae Aquilejensis tres libri contra praedictum Felicem Urgelitanum cum Concilio Francfordiense suos errores damnante.=

B.1.n.13. extant S. Hilarii Pictaviensis duo libri ad Constantinum Augustum Arrianum viventem, et alter contra eumdem vita functum.= Liber contra Auxentium Arrianum, et ad calcem Epistola ad Imperatores.= Liber de Synodis contra Arrianos, et fragmenta concionandia quomodo, quibus de causis, et quorum instantiis fuit Concilium Ariminense congregatum cum praemissa vitenda praefatione Nicolai Fabri.= Duae item Epistolae ad Augustinum, una de reliquiis Pelagianorum, et altera cupiens edoceri ab eo de quibusdam dogmaticis quaestionibus.=

B.1.n.16. extant S. Athanasii Alexandrini Rescriptum suo nomine, et aliorum Episcoporum Antiochenis commendans fidem Nizenam contra Arrium, et Sabellium, et praescribens quos, et quibus conditionibus recipiendos ad communionem, et quos, quandumque reiiciendos.= Opus de consubstantialitate Filii, et Spiritus S. contra Sabellianos.= Oratio de una Christi persona contra Marcellum, et Paulum Samosatenum.= Quinque libri ad Episcopos Libiae, et Aegypti contra Arrianos: et contra eosdem sup. illud <u>Omnia mihi tradita sunt a Patre meo etc.</u>

Apologia, qua se purgat Athanasius apud Constantium Imperatorem ab Arrianorum imposturis.= Altera, qua reddit de sua fuga rationem apud eumdem Imperatorem ob Arrianorum persecutionem.= Altera proferens acta contra Arrianos in Conciliis, et irrefragabilia innocentiae Athanasii testimonia.= Epistolae duae ad Serapionem, et ad omnes heremiticae vitae cultores eos informans de actis contra ipsum, causa, et Authore suae persecutionis.= Apologeticum adversus Arrianos

De Egressu Arrianorum, et de horrisona morte Arrii.=

decretorum Niceni Concilii detractores. = Epistola ad Delphium contra Arrianos. = Epistola ad omnes Orthodoxos Arrianorum flagitia exponens, et exortans ut eorum impietatem execrentur. =

Epistola in defensionem Dionysii Alexandrini, quem pro se allegabant Arriani. = Disputatio habita cum Arrio in Concilio Niceno. = Controversia de fide Catholica habita cum Arrio coram Probo Iudice à Constantino delegato. = Quinque Dialogi de Sancta Trinitate, sermoque brevis contra Arrianos. = Epistola ad Orthodoxos de Synodis Arimini, et Seleuciæ celebratis. = Epistola ad Marcum Papam pro remissione Capitulorum Concilii Niceni, et rescriptum Papæ prædicta capitula in forma debita remittentis. = Epistola ad Episcopos Africæ contra reliquias Arrianorum. = Colloquia Arrianorum cum Ioviano Rege contra Athanasium. = Epistola prædicti Ioviniani ut Athanasius suæ Ecclesiæ restituatur. =

Opusculum de Veritate personæ Christi contra Paulum Samosatenum. = Tria opuscula de humanitate Christi, et divinitate Spiritus S. contra Apollinarium. = Oratio de divinitate Christi ad Maximum Philosophum. = Testimonia sacræ Scripturæ pro communi essentia Patris, filii, et Spiritus S. = Tres Epistolæ ad Serapionem Episcopum de divinitate, et consubstantialitate Spiritus S. = Refutatio hypocrisis Miletii et Pauli Samosateni circa filii, et Spiritus S. consubstantialitatem. = Christum esse verum Deum, verumque hominem in veritate personæ concluditur contra Samosatenos ex Levitico, observata diversa Moisis nomenclatura. = Exortatio ad omnes Ægypti, Syriæ, Phoeniciæ, et Arabiæ Episcopos, ut sint in Nicena fide constantes. =

B. 1. n. 18. Extant S. Cyrilli Alexandrini Epistolæ ad diversos in causa Nestorii hæretici, et inter eas Epistola Synodi Alexandrinæ ad Nestorium cum duodecim anathematismis, consulto super hac re Celestino Papa, cuius ibi est responsalis Epistola. = Apologia ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ contra Orientales Episcopos in defensionem anathematismorum. = Apologia ad Theodosium Augustum male à Nestorii fautoribus informatum. =

Liber ad Euoptium Episcopum satisfaciens ad reprehensiones Theodoreti Episcopi Cyri sup. Cyrilli anathematismata. = Epistola Conciliabuli Orientalium ad Regem Callinicorem illi faciens notam eorum sententiam contra Cyrillum latam tanquam hereticum Apollinaristam. = Cyrilli Declaratio anathematismorum missa ad Ephesinam Synodum. = Concilii Ephesini, presidente Cyrillo, duodecim Epistolae Synodales cum omnibus in ea aliis et Nestorii dogmatibus Libri a Cyrillo refutatis. =

Eiusdem Cyrilli Thesaurus in quatuordecim libros distributus, et concludens Filium, et Spiritum S. esse cum Patre unum Deum. = Septem libri Dialogorum inter Cyrillum, et Hermiam, ubi ostenditur consubstantialitas Filii cum Patre, et Spiritus S. Deitas demonstratur. = Scholia de Incarnatione Unigeniti. = Duae Epistolae ad Successum Episcopum ipsum informans de sua erga Verbum incarnatum doctrina. = Sermo de eo quod Dei Verbum sit homo factum. = Liber ad Theodosium de recta fide in Christum: et duo libri ad Reginas circa idem Argumentum. =

Libri decem Theodosio dicati contra Julianum Apostatam. = Libellus adversus Deo tribuentes formam humanam, et Eucharistiam pro altero die servatam non habere vim sanctificandi sentientes. = Tandem adversus Antropomorphitas viginti octo capita varios eorum errores reffellentia, et ad varia dubia occurrentia. =

B. I. n. 22. Extat apud Joannem Herosolimitanum Sermo S. Joannis Chrisostomi de consubstantiali Trinitate adversus Arrianos, et Macedonianos. =

B. I. n. 23. Extant Tertulliani Liber adversus Quintillam, eiusque sequaces asserentes Baptismum non esse ad salutem necessarium. = Item liber adversus Valentinianos, et impiissimas eorum fabulas cum numero, nominibus, et ordine genealogico Eonum, et Deorum suorum. = Quinque libri metrici, et prosodiaci scripti contra Marcionem Manichaeum. =

Liber Scorpiacum nuncupatum de bono Martyrii adversus Gnosticos. = Liber de Trinitate adversus Praxeam asserentem

Patrem Æternum fuisse Christum ex Virgine natum, et in Cruce passum.= Liber de Carne Christi adversus hæreses Marcionis, Apellis, Alexandri, et Valentini.=

B. 1. n. 30. extat Hugonis à S. Victore Apologia Viginti quæstionum de Verbo incarnato circa duarum naturarum in Christo veritatem.= Liber item de Vero Coniugio, perpetuaque Deiparæ Virginitate.=

C. 1. n. 12. extant S. Basilii magni homilia sup. illud In principio erat Verbum contra Arrianos.= homilia in sanctum baptisma Spus S. divinitatem concludens.= Ab eodem hom. 1a de Spu S. contra Arrium, et Sabellium.= homilia de poenitentia delinquentibus post baptismum proficua.= Quinque libri de consubstantialitate filii, et Spus S. cum Patre adversus Eunomium, et contra eumdem alter liber de Spu S. ad Amphilochium Episcopum.=

* C. 1. n. 9. extant S. Joannis Damasceni Dialogus inter Orthodoxum, et Manichæum: et opusculum de duabus Christi naturis adversus Acephalos.= Vide F. 1. n. 8.=

D. 1. n. 13. extant S. Anselmi Cantuariensis Liber de fermento, Azymo: et Liber de processione Spus S. contra Græcos.= Liber item de incarnatione Verbi adversus quemdam Clericum Francum dicentem aut tres personas esse tres res, aut solum Verbum non incarnasse.=

D. 1. n. 20. extant S. Gregorii Nisseni Liber de trinitate, et quod Spus S. sit Deus, neque ob id tres Dii, et de Differentia essentiæ, et hypostasis contra Sabellium, et Arrium: atque de fide trinitatis cum explanatione cuiusdam Pauli sententiæ quam assumebat Arrius contra filii divinitatem.=

K. 1. 5. extat Michaelis Carranza opusculum ad Neophitum propugnans ex SS. Patribus perpetuam Deiparæ Virginitatem.=

A. 2. n. 31. extat Abulensis explanatio quorumdam Paradoxorum, ubi contra Elvidium defendit perpetuam Deiparæ Virginitatem.= Item defensorium quarumdam conclusionum, in cuius parte secunda tangit de pane in quo Christus consecravit.=

C. 2. n. 26. extant Alphonsi Salme-

rum tractatus à secundo ad duodecimum de mysterio trinitatis contra Arrianos, aliosque Hæreticos.= N. 33. tractatus à 63. ad 65. de eodem trinitatis mysterio, et dogmatibus ad Spiritum Sanctum suamque processionem spectantibus.=

B. 3. n. 15. extat S. Petri Chrisologi Epistola ad Euthychem cum Comment. Martini del Castillo.=

* A. 4. n. 44. extat Joannis Gabrielis Boyvin tractatus de gratia per Christum, ubi cap. 3. agit de Hæresi Pelagianorum, et semi-pelagianorum, et de eius damnatione.=

* C. 4. n. 85. extat Gabrielis Vazquez Disputatio 121. de perpetua Deiparæ Virginitate.=

D. 4. n. 87. extant Joannis Maxentii Hæretici Libellus fidei adversus illos, qui eum iudicabant novorum dogmatum inventorem, aut Concilio Calcedonensi contrarium.= Item duodecim Capitula, seu Canones contra Nestorianos, et Pelagianos.= Item expositio adunationis Verbi Dei ad Carnem, atque responsio ad Azephalos unam tantum in Christo naturam asserentes, cui subiungitur Epistola Leonis Papæ ad Florianum contra Euthychem similiter de Christo sentientem.= Item duo libri contra Nestorianos Christum esse Deum negantes, et veram Dei maternitatem in Virgine non agnoscentes.= Responsio item pro Monachis Scytharum adversus Epistolam adscriptam Hormisdæ Papæ ad Possessorem Episcopum Aphrum, ibi præmissam ad responsionem.= Vide sup. A. 1. n. 11.=

F. 4. n. 8. extant incerti Authoris tredecim Capita dissimilitudinis Christi ab exemplo desumpto ex Constitutione hominis ex anima, et corpore.= Vide A. 1. n. 23.= Item S. Joannis Damasceni Liber contra Nestorianos.=, Liber item contra Azephalos, distinctus, sicuti videtur, ab eo, qui supra C. 1. n. 4.=

H. 4. n. 19. extant varia diversorum, de quibus in Bibliotheca Patrum, opuscula de Veritate Corporis, et sanguinis Christi in sacramento Eucharistiæ.= Item Ivonis Episcopi Carnotensis Epistola ad Haymericum de identitate Corporis, et sanguinis Christi dati in Coena Discipulis, et nunc nobis in mensa altaris, licet tunc passibilis, nunc impassibilis.= Item Fulberti Carnotensis Episcopi duæ Epistolæ, altera ad Adeodatum de trinitate, Bap-

tismo, et Eucharistia. Et altera de quadam antiqua, et antiquata Consuetudine servandi hostiam Ordinato in Sacerdotium ab Episcopo Ordinante traditam, et per quadraginta dies usu quotidiano Consumendam. Et tandem S. Chrysostomi variis sententiis de Veritate Corporis, et sanguinis Domini in Eucharistia.=

K. 4. n. 10. Extant Gilberti Genebrardi tres Libri de Trinitate adversus Trinitarios, Antitrinitarios, et Autotheanos, ubi exponitur Symbolum S. Athanasii, et a Contumeliis Valentini Vindicatur: atque his omnibus praemittitur summa sessionum Synodi Poloniae habitae inter Poloniae Ministros, et Petricoviae Trinitarios.=

K. 4. n. 15. Extant Martini Duncano duo Libri de efficacia Baptismi, et de Baptismo parvulorum, et Adulterum Contra Mennonem Anabaptistam, suosque sequaces.=

B. 5. n. 19. Extant Christiani Lupi Dissertatio de Meletii, et Arrii personis, moribus, et erroribus: Et Dissertatio de Vocibus Substantia, Essentia, Persona, subsistentia, et Consubstantialitate. = N. 29. Extant antiqua Ecclesiae, et reipublicae decreta in haeresim Pelagianam scholiis Chronologicis elucidata.=

E. 5. n. 13. Extant Simonis Maioli Libri, Vel Centuriae historiarum totius orbis, omniumque temporum a Christo nato, pro defensione sacrarum imaginum adversus Iconomachos, quorum fundamenta Confutantur.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Contra Hereticos Modernos.

A. 1. n. 3. Extat Marci Eremitae Congressus Cum quodam Causidico Vehementer insultante Monachos tanquam desertores Otii praeter naturam, et Iustitiae praeter Leges, et Conclusio eiusdem, dimisso Causidico, ad Monachos adstantes.=

A. 1. n. 41. Extant S. Isidori Hispalensis Epistola ad Claudium Ducem de Obedientia ad Romanum Pontificem, et Ceteros Ecclesiae Praelatos: Et Epistola ad Eugenium Toletanum de primatu Petri, et Romani Pontificis.=

A. 1. n. 55. Extant Jacobi Merloni Horstii Parzenesis, et redargutiones ad Lutheranos, et Calvinistas ex ab ipsis ex S. Bernardo allegatis.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

A.1. n. 69. extant S. Joannis Chrysostomi Unus liber adversus oppugnatores Virginitatis: et tres libri adversus Vitæ Monasticæ Vituperatores.=

B.1. n. 8. extat S. Petri Damiani Disceptatio inter Henrici Regis Advocatum, et Romanæ Ecclesiæ Defensorem.=

C.1. n. 8. extat S. Antonini florentini tertia pars, in qua titul. 22. est de summo Pontifice: titul. 23. de Conciliis.=

C.1. n. 15. extant Hieronymi Ossorii Algarbiensis Episcopi Epistola ad Elisabettham Angliæ Reginam nondum Lutheranam, sed adhuc simulatam Catholicismi Patronam, ut constat ex admonitione præmissa ad Epistolam: item tres libri adversus Libellum Gualteri Haddeni revera Lutherani, et præfatæ Reginæ Consiliarii.=

D.1. n. 10. extat Joannis Gerson Dubium an liceat in Causis fidei appellare à summo Pontifice ad Concilium generale.= N. 11. Dialogus inter Sophiam magistram, et Naturam discipulam iratam, et indignatam Contra Votum Castitatis Ecclesiasticorum.=

D.1. n. 32. extant Stanislai Hosii quinque libri Contra Brentium, et Vergerium pro Petro De Soto, quorum primus recenset hæreses à Luthero excitas, earumque originem: secundus agit de legitimo Judice rerum Ecclesiasticarum: tertius de autoritate sacræ scripturæ: quartus de traditionibus: quintus de Catholica Ecclesia.= Item libellus de expresso Dei Verbo ad Regem Poloniæ.= Item Dialogus de Communione Laicorum sub Utraque Specie: Conjugio Sacerdotum: et divinis officiis Vulgari lingua Celebrandis.=

A.2. n. 37. extat Abulensis Defensorium quarum Conclusionum, in cuius parte secunda agit inter alia de infallibilitate Ecclesiæ, et Conciliorum.=

A.2. n. 102. extat Pauli Arezio Velitatio de Antichristo adversus Lutheranos, et Calvinianos.=

B.2. n. 1. extat Cuiusdam Carmelitæ prima Dissertatio, cuius digressio secunda est Contra Lutheranos, et Calvinistas Calumniantes Catholicos de scripturæ sacræ ignorantia, et Contemptu.=

B.2. n.19. Extant Fragmenta S. Epiphanii, et aliorum Veterum Patrum, vel Scriptorum Contra novos Hæreticos asserentes sacras Ecclesiæ Catholicæ observantias esse somnia ab heri, et nudiustertius inventa.=

B.2. n.45. Extant Augustini Steuchi Duo libri defendentes temporalem Principatum Sedis Apostolicæ ex donatione Constantini Imperatoris adversus Laurentium Vallam: et ad Calcem testimonium Pontani de Laurentio eodem, et Anonymi Encomium insigne de Ecclesia Romana.= Item Contra Lutheranos Libri tres de tuenda Religione Christiana, quorum primus, et pars secundi adsunt: reliqua desunt.=

C.2. n.2. Extant Nicolai Serarii Notæ ad Vitam S. Kiliani Contra Novatores Lutheranos, et Calvinistas.= Libri duo Contra Franciscum Puccium Filidinum novum Pelagianum, et Chiliastem, sive Millenarium.= Duo libelli Litaneutici Contra Lutherum, suosque sequaces Litaniarum Correctores.= Orationes sex Luthero-turcicæ.= Duo libri de Lutheri magistro, videlicet, Diabolo: Ubi tota illius Cum Diabolo traditur, et dispungitur disputatio, et ad Diaboli argumenta respondetur, atque ad Calcem ponitur monitum ad Lectorem, et Epicedion Wolfmari Lutherani.= Item libellus Contra Apologiam Baltasaris Lutherani pro Luthero, et suo magistro Diabolo.= Alter Libellus Contra Orationem Rhetoris Rostochiensis Lutherani inscriptam Lutherus Theodotus, sive a Deo datus Cum discipulo suo Calvino: Ubi stabilitur Lutherum a Dæmone datum, et doctum, Calvinumque fuisse Diaboli discipulum.= Tandem libellus Contra apologeticum prædicti Rhetoris pro Luthero Diaboli discipulo, Cum novo Paradoxo Cujusdam Calviniani Doctoris de tridiuano Christi in Carcere.=

C.2. n.28. Extant Alphonsi Salmeron partis 3. tractatus 5. de Christi Vicario summo Pontifice Romæ Episcopo: et tractat. 12. de suprema Ecclesiæ potestate, etiam ad Condendas Leges in Conscientia obligantes.= N.33. tractatus a 16. ad 29. expendentes quæ de Eucharistia, et Missæ sacrificio Controvertuntur adversus Lutherum, Calvinum, et suos Discipulos.= N.35. tractatus a 20. ad 26. discutientes, quæ a Novatoribus obiiciuntur Contra Poenitentiæ Sacramentum, suasque partes.= N.36.

tractatus à 67. ad 84. de Conciliis, eorumque autoritate, etiam erga Papam. = N. 37. Liber 1. part. 3. de Ecclesia, eiusque dignitate, notis, et gubernatione contra Lutherum, et Calvinum. = N.° 38. Disputationes à 25. ad 27. in Epist. 1. ad Corinth. de Purgatorio, et suffragiis pro Deffunctis, quidque sentiendum de Anima Traiani precibus S. Gregorii à poenis inferni liberata. = Disput. 30. an conveniat Sacram Scripturam, Missam, et divina officia vulgari lingua legere, et recitari. = N. 39. Disputationes à 7. ad 18. in Epistol. ad Galatas de Iustificatione, eiusque causis, et bonorum operum meritis. = Disput. 24. Contra dogmata Sectariorum circa reprehensionem Petri à Paulo factam. = Item Disputationes septima, et octava in Epist. 1. ad Timoth. contra Hereticos negantes nos adiuvari precibus Deiparae Virginis, Angelorum, et Sanctorum. =

F. 2. n. 14. extat Ioannis Maldonado Epistola ad Ludovicum de Borbon de suo Congressu, et disputatione habita cum Sedanensibus Calvinistis sup. Eucharistiam. =

F. 2. n. 23. extat Constitutio P.ii 5. et Gregorii decimitertii adversus Michaelem Baium. =

K. 2. n. 4. extat Francisci Fevardentii Opus in Ruth, in quo habet digressiones de Purgatorio, Precibus, et Oblationibus pro Deffunctis, et de lege Veteri de suscitando semine fratris absque liberis decedentis contra novos Hereticos, et Calvini blasphemias in Dei Bonitatem. =

A. 3. n. 20. extat Ælis à S. Theresia Liber primus, ubi à Cap. 5. ad 15. multis modis concludit Purgatorii veritatem adversus Novatores, eorumque argumenta dissolvit. = Liber 2. Cap. 6. contra eosdem pugnat pro vera, et reali Christi presentia in Eucharistia: Cap. 12. pro invocatione Sanctorum: Cap. 26. pro satisfactione debita etiam culpa remissa, indulgentiis, aliisque piis operibus contra Calvinum etc.a = N. 21. extat Liber 3. ubi Cap. 6. refellitur quidquid à Sectariis adversus Purgatorium obiicitur. =

F. 3. n. 67. extat apud Becanum Appendix de Communione sub utraque specie, et fructu Eucharistiae contra Lutherum, Calvinum, eiusque se-

graecos. = N. 69. iterum eadem appendix, et altera de Sanctorum Cultu contra eosdem Hæreticos. =

E. 3. n. 134. Extant Friderici Fornerio Conciones à 20. ad 23. de reali Christi præsentia in Eucharistia: Conciones à 53. ad 56. de adoratione, asservatione, Circumgestatione Eucharistiæ, rituque quadraginta horarum: Conciones à 60. ad 69. de Communione sub utraque specie, et sacrificio Missæ contra novos Sectarios. =

H. 3. n. 44. Extant Ioannis Ekii homiliæ de septem Ecclesiæ sacramentis contra Lutherum, et suos, aliosque hæreticos, quos in omnibus suis homiliis insectatur. =

A. 4. n. 6. Extant S. Bonaventuræ Opusculum de paupertate Christi contra magistrum Guillielmum. = Opusculum de calceamentis Christi, et Apostolorum. = Apologia Pauperum Minorum contra Giraldum eorum, et Seraphicæ regulæ Calumniatorem. =

A. 4. n. 45. Extant Ioannis Gabrielis Boyvin Disputationes, et quæstiones de Ecclesia, suisque notis: de Visibili Ecclesiæ Capite summo Pontifice cum brevi Chronologia successionis eorum à D. Petro ad Innocentium Undecimum: de Conciliis generalibus, Nationalibus, et Provincialibus: de Membris Ecclesiæ, Ordinibus Clericalibus, Ministris Ecclesiasticis, Monachis, et Laicis. =

A. 4. n. 52. Extant Roderici de Arriaga Disputationes de Ecclesia, suoque Capite, et regula fidei. =

A. 4. n. 64. Extant Francisci Suarez Disputationes de Ecclesia, summo Pontifice, et Conciliis. = N. 66. Disputationes de Purgatorio, suffragiis, et indulgentiis. =

A. 4. n. 69. Extant Cardinalis de Lugo Disputationes de Cultu, et adoratione Imaginum, et reliquiarum. = N. 72. de suffragiis, et indulgentiis. =

B. 4. n. 13. Extant Cardinalis Caietano opuscula de institutione, et Authoritate Papæ etiam Concilio Comparatæ: Responsio ad quæ- dam obiecta damnatos per Leonem decimum articulos Lutheri faventia, et iudicium super

quaedam propositiones de S. Ioseph praedicatas: ~~[illegible]~~ Opusculum de Usu Sacrarum Scripturarum à Sede Apostolica: Opuscula de Missae sacrificio et ritu: de fide, et Operibus: de Communione sub utraque Specie, integritate Confessionis, Valore satisfactionis, et invocatione Sanctorum Contra Lutherum, et tandem de Coniugio Henrici Octavi Regis Angliae cum Uxore fratris sui deffuncti ex legitima Iulii secundi dispensatione.=

B. 9. n. 18. extant S. Thomae Aquinatis Opuscula Contra retrahentes homines ab ingressu religionis: Contra impugnantes religionem: et de perfectione Vitae religiosae, sive statu perfectionis.=

B. 9. n. 61. extant Ioannis Baptistae Gonet tractatus de gratia, ubi error, et doctrina Michaelis Baio proscribitur, et argumenta sua diluuntur: tractatus de iustificatione reffellens errores, et occurrens argumentis Oppositis: De fide item Disputationes à 1. ad 5. de scriptura, traditione, Ecclesia, Pontifice summo, et Conciliis.=

B. 9. n. 78. extat Ioannis Caramuelis Theologia fundamentalis de Ecclesiae Romanae securitate, et infalibilitate, atque de summi Pontificis Veracitate.=

B. 9. n. 90. extant Guillielmi Herinex Disputationes de sacra scriptura, traditionibus, Ecclesia, Conciliis, symbolis fidei, et Summo Pontifice.=

B. 9. n. 93. extant Zachariae Boverio tres libri demonstrationum adversus Haereticos praesertim Lutheranos, et Calvinianos, quorum Sectae ex professo examinantur, et explodentur, atque Romana religio propugnatur.=

B. 9. n. 92. extant Petri Canisio sex libri de Corruptelis Verbi Dei Circa Sanctissimum Christi Praecursorem, et Beatissimam Deo genitricem adversus Novatores Centuriatores Magdeburgenses.=

B. 9. n. 98. extant Ioannis Martinez de Ripalda Disputationes adversus Articulos Michaelis Baio à Pio 5. Gregorio 13. et Urbano 8. damnatos Circa Vires naturae et gratiae in

statu tam integritatis, quam lapsus, super quo tota Baiana doctrinæ machina construitur.=

B.4.n.112. Extant Roberti Bellarmino Controversiæ de Verbo Dei scripto, et non scripto, sive de sacra scriptura, et traditionibus: de Christo Ecclesiæ Capite: et de summo Pontifice, cui accesserunt tres libri de translatione Imperii Romani, et eius Electoribus Pontificia Autoritate: et appendix respondens ad quemdam hæreticum contra summum Pontificem declamantem.=

N.113. Eiusdem Controversiæ de Ecclesia Militante tam toto in Orbe dispersa, quam in Concilio Congregata: de Ecclesiæ membris, scilicet, Clericis, Monachis, et Laicis, ubi accurata disputatio de Exemptione Clericorum: de Ecclesia purgante, et Ecclesia triumphante, ubi refutatur libellus falso inscriptus Synodus Parisiensis de Cultu Imaginum.=

N.114. Eiusdem Controversiæ de Sacramentis in genere, et in specie, ubi ad Controversiam de poenitentiæ Sacramento subiunguntur duo libri de Indulgentiis.=

N.115. Eiusdem Controversiæ de gratia primi hominis, gratiæ amissione, et statu peccati: reparatione per Christum, ubi de Libero arbitrio, gratia, Iustificatione, bonis operibus, et fructibus Iustificatorum, quibus subiungitur Iudicium super libro Concordiæ Lutheranorum, et Apologia pro eodem Iudicio.=

B.4.n.117. Extant Claudii de Sainctes Decem libri Controversiarum circa Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum contra novos Sectarios.=

B.4.n.118. Extant apud Bibliothecam Pontificiam Rochaberti Abrahami Bzovio liber de præstantia, officio, Autoritate, Virtutibus, rebusque gestis Romanorum Pontificum.= Abrahami Echellensis liber de Origine nominis Papa, et illius proprietate in Romano Pontifice contra Seldenum.= Adami Tanneri quæstio de summo Pontifice, et Conciliis.=

N.119. Extant ibidem Ægidii Columnæ liber de renunciatione Papæ.= Adolphi Schulka-

nii Apologia pro Bellarmino de temporali potestate Romani Pontificis. = Agobardi Opusculum de Comparatione regiminis Ecclesiastici, et Politici cum Epistola Gregorii quarti ad Episcopos franciæ. = Alani Copi Dialogus contra Oppugnatores historiæ Ecclesiasticæ de Vitis Patrum, Pontificatu summo, et sacro Cælibatu. = Alberti Pighii Libri de Hierarchia Ecclesiastica. =

Alberti Pii Dialogus de Primatu S. Petri, potestate, titulis, et honore aliorum Præsulum contra Erasmum. = Alexandri à S. Elpidio tractatus de Ecclesiastica potestate, potestate summi Pontificis, Cessione personali, sedium fundatione, mutatione, et divissione. = Alexandri à turre libri de majestate Romanæ Ecclesiæ amplitudine, et Cultu Sedis Apostolicæ. = Alphonsi Alvarez Sententiæ de Ecclesiastica divina potestate, Unitate Ecclesiæ, una, et plenissima potestate Romani Pontificis. = Alphonsi de Castro Liber de primatu Petri, et summi Pontificis contra Lutherum. =

N. 120. Apud eamdem Bibliothecam extant Alphonsi Mendoza Quæstio de potestate Papæ circa Papatum à Romano Episcopo auferendum, et alteri cuicumque Episcopo tribuendum. = Alvari Pelagio liber de suprema dignitate, et autoritate Papæ, atque de Ecclesia. = Ambrosii Catharini Scriptum ad universas Ecclesias, illis varias exponens rationes, ob quas contendere nolebat cum Luthero. = Amedii Chioli Disputationes de Legitimo res fidei credendas Proponente, Conciliis, et Conciliorum Autoritate. = Andreæ Duvalli tractatus de potestate Ecclesiæ, summi Pontificis infallibilitate, Ecclesiastica Disciplina, Conciliis, et eorum Autoritate comparative ad Romanum Pontificem. =

Andreæ Lao tractatus de summo Pontifice, ejusque suprema Autoritate ex Conciliis, et Patribus. = Angeli de Clavasio Verbo Papa sententiæ, quæstio circa dispensationem, et reservationem. = Angeli Petricca tractatus de appellationibus omnium Ecclesiarum ad Romanam S. Petri Cathedram: de summo Pontifice, et universali totius Ecclesiæ Capite, ac Pastore: de Con-

cillis: de potestate Apostolorum, Principum Laicorum, et Christianæ plebis circa sacra, regimenque Ecclesiasticum.

N. 111. Apud eandem Bibliothecam extant Angeli de Rocha Comment. de Communione Summi Pontificis solemniter Celebrantis. = Annibalis de Grassis Quæstio de Iurisdictione summi Pontificis in temporalibus. = S. Anselmi Lucensis libri adversus Guibertum Antipapam pro deffensione Gregorii Septimi. = S. Antonini Florentini titulus summæ Vigessimus secundus de summo Pontifice, et Conciliis. = Antonini Diana Disputationes Apologeticæ de primitate Solius D. Petri, et differentia inter eum, et D. Paulum. = Antonii Augustini Tituli de primatu, et Auctoritate D. Petri suorumque in Pontificatu successorum, Cardinalibus, Legatis, et Delegatis. = Antonii Florebelli tractatus de Ecclesia, et summo Pontifice eius Capite contra Lutherum etta. = Antonii Paulutii tractatus de Ecclesia, summo Pontifice, cæterisque Ecclesiæ Dynastis, eorum potestate et cultu atque de Comitiis Ecclesiasticis, Conciliis, et Synodis. =

Antonii Possevini Scriptum adversus quemdam Hæreticum asserentem Papam esse Antichristum. = Antonii Santarelli tractatus de potestate Summi Pontificis ad puniendos Principes hæreticos. = Augustini Barbosa Liber de Personis Ecclesiasticis, summo Pontifice, huiusque electione, eminentia, et potestate. = Augustini de Bellis tractatus ostendens D. Paulum non fuisse cum D. Petro vnum Ecclesiæ Caput. = Augustini Oregii Dubia de vno Ecclesiæ Capite, suaque in spiritualibus, et temporalibus potestate. = Augustini Steuchi Liber de Christiana religione, eiusque veritate ex vno Capite, et vna Sede Romana pendente. = Antonii Perez Libri de Ecclesia, Conciliis, et Summo Pontifice. =

N. 112. Apud eandem Bibliothecam extant Balthasaris Nardii animadversiones, et expunctiones sup. quodam libro cuiusdam hæretici de Papatu Romano. = Baptistæ Fragosso Libri de supremo Summi Pontificis principatu, Variisque dignitatum Ecclesiasticarum gradibus, officiis, et beneficiis. = Barlaa-

mi Syracensis Epistolę ad Graecos de Unione Ecclesię Ro-
manę, et Spiritus Sancti processione. = Bartholomęi Fu-
mi Summa Armilla vocata, ubi multa de Papa. =
Bartholomęi Mastrii Quaestiones de potestate Papę cir-
ca quędam Sacramenta. = Balduini Iunii Libri de
summo Pontifice, optimo Ecclesię regimine, Anti=
christo, et Conciliis. =

Bernaldi Constantiensis Opuscula
de Sacramentis Excomunicatorum pro Gregorio Septi-
mo Excomunicante, et in Romana Synodo decernen-
te: atque de incontinentia Sacerdotum. = Boetii
C.4.n.118. Extant Josephi Mariæ Maravilla Disputationes de fide divinationibus danda, et animadversiones Philosophiæ, Astrologiæ, et theologiæ Cum Collectione divinationum in Conciliis, Canonibus, litteris Pontificiis, et SS. Patribus Confixarum.=

D.4.n.1. Extat Joannis Altenstaig Vocabularium theologicum exhibens descriptiones, deffinitiones, et significationes vocum theologicarum.= Hoc idem Auctum, et ad meliorem formam redactum per Joannem Tytz extat E.4.n.29.=

* D.4.n.13. Extat Jacobi Almain Lectura de actibus fidei, spei, et meritoriis super nonnullas sententias Roberti Holcot.=

D.4.n.23. Extant Caroli Bovillo Decem libri Conclusionum de Deo ente, Uno, Infinito, æterno, trino, Creante, Incarnato, passo, resurgente, et Judicante.=


D.4.n.87. Extat Rabbi Moisis Ægiptii Miscellanea dubiorum, et resolutionum circa Deum unum Creatorem, Deique scientiam, providentiam, Nomina, et perfectiones.=

D.4.n.99. Extant Francisci a S. Clara Problemata de prædestinatione, Concordia liberta-


D.4.n.32. Extant Basilii Ponce quæstiones quodlibeticæ de omnipotentia, et eius obiecto: de formali ratione decreti liberi: de Certitudine circa omnium hominum mortem, vim, et abusu dandi Eucharistiam, et eam sepeliendi cum igne: Item relectiones de radice possibilitatis, vel impossibilitatis rerum: de bonitate, vel malitia actuum sumpta a fine: de voluntarietate peccati Originalis circa Adami filios: et de naturali Christi filiatione.=

D.4.n.35. Extat Valentini Herice Præfatio, ubi quomodo amplectenda S. Thomæ doctrina, et sequenda cuiusvis Doctoris vestigia.=

* D.4.n.40. Extat Guillielmi Ocham Centilogium Conclusionum omnem ferme theologiam Complectens.=

tis, immutabilitate Voluntatis divinæ, libero arbi=trio, eiusque Viribus in Cognoscendis, et agendis, præceptis, gratia, peccatis, iustificatione, meritis, igno=rantia invincibili, invocatione, et Veneratione Sanctorum.= E.1.n.8. Extant Philippi Monzij Disputationes de Vbiquitate Dei, et subsistentiæ Creatæ: Cognitione possibilium in divina essentia, aut in Verbo: Sci=entia Dei, et Angelorum Circa futura Contingentia: prædestinatione ad gloriam: Statu Angelorum in Via: peccato Originali: Augmento gratiæ, et Charitatis: et impeccabilitate Christi.=

E.1.n.2. Extant Angeli Rocha tractatus de Deffinitione, Authoritate, Antiquitate, Caussis, miraculis, aliisque rebus Sanctitatem declarantibus cum Ordine iudiciario Canonisandi, et Cæremoni=is in Canonisationibus Consuetis, et de honoribus Sanctis debitis.= E.1.n.15. Extant Richardi Arsdekin Controversiæ de Dei scientia, et præscientia futurorum. prædeterminatione phisica, et huius Controversiæ his=toria: prædestinatione: gratia sufficiente, et efficaci: Viribus naturæ: iustificatione, et merito bonorum operum.= Item supplementum cum Remissionibus de Dei Existentia, Attributis, Visione, Lumine gloriæ, Voluntate, huiusque libertate, Decretis, providentia, prædestinatione, et reprobatione: de trinitate, processionibus, singulisque trinitatis personis: de Angelis, eorumque natura, Specie, scientia, Locutione, Lapsu, et supplicio: de Beatitudine, Actibus humanis, Legibus, gratia, merito, Virtutibus theologicis, iustitia, iure, et Religione: de Incarnatione, Sacramentisque in genere, et in specie: et tandem Vniversæ theologiæ partes, ordo, materiæ prout in Cursu theologico per singulos annos distribui possunt ad instar summæ S. thomæ Cum Scriptoribus Antiquis, et modernis, atque respectivis hæresibus.=

E.1.n.32. Extant Augustini Matheuccii Variæ resolutiones Circa Sanctorum beatificationem, et Canonisationem.=

F.1.n.3. Extat Paschalini Regiselmi Epistola nuncupatoria ad Sixtum quintum Vindicans Scoti Scholam ab Hæreticorum Calumniis.=

F.1.n.13. Extat Petri de Velasco M=

ßt habetur manuscriptum Scoticae doctrinae diri-
gens ad eam recte, et faciliter capessendam.=
F.1.n.60. Extant Joannis Muñoz
Argumenta Varia Complutentia adversus Varias
Conclusiones in fere omnibus materiis theologicis.
F.1.n.62. Extant Bonaventurae
Tellado tractatus de rerum formalitatibus, per-
fectionibus, et peculiaribus Constitutivis divina-
rum Personarum, atque de non perfectione Notio-
nalium.= G.1.n.2. Extat Cuiusdam Ludovici
Hispalensis in Utroque Iure Doctoris libellus quatu-
or Conclusionum in defensionem Raymundi Lullii sen-
tientis quod, supposita fide, possunt Contenta in ar-
ticulis fidei demonstrari rationibus necessariis, ut vi-
deri potest H.1.n.11.=
G.1.n.52. Extant Emmanuelis Perez
de Quiroga Varia argumenta Circa fere omnes theolo-
giae materias.= G.1.n.56. Extant Josephi Manso quaes-
tiones de sensu, et mente S. Augustini Circa Virtutes
infidelium.=
K.1.n.3. Extat Nicolai Dorbellis
tractatus de quibusdam terminis theologicis, vel
de nominibus divinis iuxta doctrinam Doctoris
Illuminati Mayronis.=
K.1.n.9. Extat Nicolai de Nisse
Enchiridion totam theologiam septem Comprehen-
dens tractatibus, nempe, de Dei perfectione, Mun-
di Conditione, Hominis praevaricatione, Verbi in-
carnatione, gratiarum, et Virtutum informa-
tione, Sacramentorum institutione, et finali re-
tributione.= K.1.n.21. Extat Ludovici Carbaxal
liber sententiarum agens de natura theologiae, sacra
Scriptura, famulatu artium, et facultatum, exis-
tentia, essentia Dei veri, boni, Unius, et trini, suisque
nominibus, et perfectionibus, scientia, praescientia,
providentia, et praedestinatione, Occurritque argumentis
Cardinalis Burgensis sui libri Censoris.=
K.1.n.23. Extant Francisci de Victo-
ria relectiones de potestate Ecclesiae, Civili, Conciliari,
Indisque insulanis, et iure belli Hispanorum in eos;
de Matrimonio, Augmento Charitatis, Simonia, Ma-
gia, et obligatione Puerorum pervenientium ad

Veium rationis. = N. 24. summa Sacramentorum ecclesiæ tam in genere, quam in specie, Clavibus, et excomunicatione. =

K. 4. n. 23. extant Georgii Busto quæstiones de providentia, prædestinatione, reprobatione, divinis relationibus, potentia creandi, Angelis, ultimo fine, libero arbitrio, discrimine gratiæ à Virtutibus theologicis, fide, operibus, legibus, necessitate Baptismi, existentia Christi in Eucharistia, sacramentali Confessione, et Matrimonio. =

K. 4. n. 28. extant Bartholomæi Sybilla peregrinæ quæstiones de anima rationali Conjuncta, et separata, locis ejus post separationem, videlicet, impyreo, inferno, Lymbo, et Purgatorio: de Angelis bonis, et malis, atque de iis, quæ circa homines, agunt, vel agere possunt, aut non possunt. =

K. 4. n. 35. extat Jacobi de Cazeres Epitome, aut Compendium totius theologiæ. =

L. 4. n. 3. extant Cujusdam Disputationes de Christo, etiam ut Judice Venturo, B. Virgine, et Joanne Baptista. =

B. 5. n. 20. extat Kiliani Kazemberger appendix Centum assertionum theologicarum, quarum plurimæ sunt Scholasticæ. =

D. 5. n. 31. extat Antonii de Cordoba liber quæstionum theologicarum inscriptus multas movens quæstiones Scholasticas. =

H. 5. n. 18. extat Joannis Filasseo Dissertatio de Magica idololatria, ubi de potestate Diaboli, et sacrificio à Maleficis, et Strygiis ipsi exhibito, et ad Calcem extant Articuli theologorum Parisiensium de Magia, et invocatione Dæmonum ex Gerson de erroribus Magorum. =

C. 6. n. 63. extat Joannis Mariana Colloquium de morte, et immortalitate, ubi de Dei existentia, providentia, præscientia, prædestinatione, et gratia. =

F. 6. n. 11. extant Ludovici Aparicio Conclusiones theologicæ de gradu Certitudinis Sanctitatis Adami, et Evæ, et dignitate illorum ad publicum Ecclesiasticum Cultum, et officium. =

A. 8. n. 42. extat Theophili Raynaudi Opusculum de incorruptione Cadaverum, et Variis incorruptionis Causis ad judicandum de incorruptione Cujusdam Cadaveris. = Item tractatus de providentia Dei circa præfiniendos terminos vitæ, et mortis hominum, ubi de lygitimis linimentis

in morte Charorum.= N. 14. Extat Liber de illegitimis, et Legitimis obsequiis pietatis, et devotionis erga Deum, Sanctos, Reliquias, et alia huius generis.= Liber de honestate, et obligatione suffragandi pro mortuis, et de Legitimis, et illegitimis Defunctorum suffragiis, vel subsidiis.=

Missæ: N. 15. Liber de Usu, et abusu Circa Celebrationem, et auditionem Confessionem, et administrationem sacramentorum, et multiplicium sacramentalium: Circa Verbum Dei privatim, vel publice prolatum, auditum, lectum, expositum, aut accommodatum, atque circa sacras imagines, Virtutes, et pios Coetus.=

N. 17. tractatus discutiens novam Cuiusdam theologi de libero arbitrio explicationem, novamque theologiam Concursum Dei ad nostros actus liberos negantem: Cui appenditur deffensorium Contra Guillielmum Camerarium Jesuitam Apostatam Raynaudi Calumniatorem, et prædicti novi theologi deffensorem.= Opusculum Contra quemdam Antoninum Reginaldum libelli de Vero sensu Composito, et diviso Compositorem.= Disquisitio de martyrio per pestem Comparato ad martyrium improprium, et proprium Ecclesiasticum.= N. 18. Index rerum omnium theologicarum, quæ in Octodecim Raynaudi Voluminibus Enodantur.=

N. 19. Extat theologia supplex instructa libello ad Sedem Apostolicam pro libera theologicarum quæstionum in materia de gratiæ auxiliis tractatione, et discutione inter Doctores Cum modestia, et Charitate, Laxato decreto apostolico interdicente huiusmodi tractationem: et Epimetrum, sive Corollarium Contra Thomam Hurtado prædictum decretum male interpretantem.= Ibidem extat Leodigarii Quintini Opusculum theologicæ ambiguæ de Vera martyrii aggregate sumpti notione adversus Eumdem Thomam Hurtado.= Item Joannis de Andrada apologia de Vero, et proprio martyrio per pestem, et immunitate huius Sententiæ ab omni Censura, subiunctis sapientissimorum Doctorum approbationibus.=

A. 8. n. 50. Extat Platonis Religiosus dialogus Euthiphronis dictus, vel de Sanctitate, quid Sanctum, et quid non Sanctum disquirens.=

A. 8. n. 51. Extat Senecæ Philosophi

Theologia Scholastica.

Liber de existentia providentiae à Mundi motu, Ordine, et consistentia, quae Rectorem habere clamant.= Ibidem Dionysii Gothofredi ad eundem Senecam Liber de re Theologica, sive rerum divinarum ex ipso Seneca excerptus.=

A. 8. n. 55. Extant Federici Morelli Scholia super praefatum Senecae librum de providentia.=

C. 8. n. 3. Extat Plutarchi liber de divina providentia circa malorum vindictam.=

G. 8. n. 2. Extat Symphoriani Champerii Opus de quadruplici Vita, quarum quarta perpendit antiquorum Philosophorum, et Christianorum Theologorum sententias circa Deum unum, et trinum, Angelos, Daemones, et Animam, et ad calcem, tanquam Caput ultimum, omnium contentivum, ponit aureas propositiones ex theologia Platonicorum, praesertim Platonis, excerptas.= Eiusdem etiam Comment. super libellum, aut sermonem diffinitionum Asclepii, et Hermetis Trimegisti discipuli, de intellectuali prima omnium substantia, omniumque ab ea dependentia ad Ammonem Regem.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Quinta quarti Anguli Classis, cuius Cathedra docet Marianam Theologiam, sive tractat de rebus ad SS. Virginem pertinentibus.

Expositiva

A. 6. n. 19. Extat Francisci Abbatis liber, tomus, vel sermo sextus de divina gratia intra expendens de SS. Virg. Deipara sup. Salutationem Angelicam.=

A. 11. n. 20. Extat cuiusdam apud Augustinum tractatus de B. Virgine sup. Magnificat.=

A. 4. n. 55. Extant S. Bernardi Abbatis quatuor sermones de laudibus Deiparae sup. Missus est Angelus.= N. 56. Cuiusdam apud eundem Bernardum sermo Deiparae sup. Ave gratia plena, et alter sup. Magnificat.=

B. 4. n. 28. Extat Hugonis à S. Victore singularis expositio sup. Magnificat.= N. 30. Extat
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

eiusdem liber 4. Miscellaneorum, cuius titulus Vigessimus secundus expendit cur Deipara sit Virga, et Christus eius flos sup. Egredietur Virga etta.=

C.1.n.2. extat S. Antonini Florentini Pars 1. summ. cuius titulus Octavus cap. 3. agit de Conceptione SS. Virginis sup. Nondum erant Abyssi.= N. 8. Pars 3. summ. Cuius titulus 31. Cap. 3 de Deipara sup. Omnis gloria eius etta.: et Cap. 4. de multiplici misericordia per Virginem accepta sup. Suscepimus Deus misericordiam etta.=

D.1.n.12. extat Ioannis Gerson Collectorium, tractatus, et Carmina sup. Magnificat.=

D.1.n.13. extat S. Anselmi Cantuariensis homilia de Deipara sup. Intravit Iesus in quoddam Castellum.=

E.1.n.9. extat Richardi à S. Victore idipsum quod supra Hugo cur Deipara dicatur Virga, et filius eius flos.= Item Expositio Cantic. Canticorum, cuius Cap. 26. est de integra, et perfecta Deiparæ pulchritudine: Cap. 39. de laudibus eiusdem: Cap. 42. de eius assumptione, et laudibus.=

F.1.n.9. extant Francisci de Ossuna septem sermones de B. Virgine sup. Beatus Venter, qui te portavit.=

H.1.n.5. extat S. Vincentii Ferrer Distinctio Centessima agens de sex B. Virginis excellentiis sup. Ave Maria: distinctio Centessima prima de tribus modis, quibus inventa est habens in Utero etta.=

H.1.n.9. extant Francisci de Ossuna sermones in sabbatis quadragessimæ, et in die resurrectionis sup. ipsa conteret Caput tuum.= N. 11. eiusdem Expositio sup. Missus est Angelus.=

K.1.n.2. extat S. Alberti Magni Egregium Mariale sup. Missus est Angelus.= Vide O.3.n.62. apud Bibliothecam Virginalem.=

A.2.n.59. extat Emmanuelis de Naxera tractatus appendix de Deipara in Rahab et Arca figurata.=

A.2.n.66. extat Didaci de Celada Appendix de Deipara in Ruth figurata.= N. 67. eiusdem tractatus appendix de SS. Virgine figurata in Iuditha.=

N. 69. extat eiusdem tractatus Appendix de Laudibus Deiparæ in Esther adumbratæ. = N. 70. Appendix Laudans Deiparam in Susanna figuratam. =

A. 2. n. 82. extat Ildephonsi de Flores præclaristris Concio in Laudem Deiparæ Virginis sup. Cap. 24. Ecclesiastici. =

A. 2. n. 90. extat Sebastiani Barradas tom. 1. Evangelicæ Concordiæ, cuius Liber Sextus totus est de Virgine Deipara. =

B. 2. n. 30. extat Didaci de Avendaño Epithalamium Sacrum pag. 271. à num. 906. habens duas digressiones de B. Virgine Deipara sup. Astitit Regina à dextris tuis circumdata etta. =

B. 2. n. 52. extat Octaviani de Tufo expositio Cap. 1. Ecclesiastici de B. Virgine. =

B. 2. n. 54. extat Salvatoris de Leon digressio de annunciatione B. Virg. sup. Cap. 1. V. 9. Ecclesiastici. =

B. 2. n. 60. extat Andreæ Lucæ de Arconeæ illustratio, et expositio Cap. 1. Vers. 3. Isaiæ de SS. Virgine. = Item Vers. 13. transfert Neomeniam ad Deiparam novam Lunam, quatuor splendoribus eam in sua nativitate Laudans. = Item Vers. 18. Martyrem in circumcisione filii. = Item Cap. 2. Vers. 2. Montem in Vertice montium tredecim discursibus expendit, et illustrat. =

C. 2. n. 14. extant Pauli Sherlogi sequentia de Virgine Deipara sup. Cantica Canticor. Antelog. 4. Sect. 1. et Sect. 2. de Conceptione. = Antelog. 6. Sect. 1. de Assumptione. = Antelog. 8. Sect. 1. de Merito. = Antelog. 10. Sect. 1. de Virginitate. = Antelog. 12. Sect. 6. de splendore, et scientia. =

N. 15. Vestigat. 1. à n. 22. de dignitate ad Maternitatem, ex quo sine macula. = Vestigat. 2. n. 42. de immunitate, et pulchritudinis similitudine ex Christi Lactatione. = Vestigat. 3. à n. 63. Divinæ munificentiæ Organum, Thesauratorum Levamen, tota Suavis. = Vestigat. 4. à n. 19. Socia, et Consors dolorum, et gloriæ Christi. = Vestigat. 6. à n. 56. Dolor eius filio patiente. = Vestigat. 8. à n. 105. Imitatrix Christi in speciosis, et humilibus. = Vestigat. 10. à num. 40. singulariter producta, nobilissime redempta, et quantum hoc beneficium. = Vestigat. 15. à num. 33. Antelucana præsentatio in templo. = Vestigat. 23. à n. 32. quid Deo, et hominibus ex Deiparæ nativitate. =

N. 16. Vestigat. 25. à n. 36. Tutissimum

et quam magnum. = Vestigat. 32. à n. 93. de Visu rationis, et Scientia infusa à Conceptione, et interrupto amore intensissimo. = Vestigat. 35. à n. 63. Spiritualis Vigor in templi præsentatione. = Vestigat. 37. totum Salomonis Canticum breviter expositum de B. Virgine, vitæ illius præcipua gesta delibans. =

C. 1. n. 13. Extat Hieronymi Ormaechea à Guerrero Expositio Cantici Canticor. usque ad vers. 8. Cap. 1. de B. Virgine, suam immaculatam Conceptionem multiplici ex Capite suadens, et Contrariis argumentis occurrens. =

C. 2. n. 23. Extant Ildephonsi Padilla annotationes à 91. usque ad 108. sup. Habacuc de Conceptione, et Laudibus Deiparæ. =

C. 2. n. 27. Extat Alphonsi Salmeron tractatus de salutatione Angelica, Visitatione Elisabeth, Cantico Magnificat, et aliis in Evangelica historia B. Virgini pertinentibus. =

C. 2. n. 51. Extant Blasii de Viegas Quadraginta quatuor Sectiones de Laudibus Deiparæ sup. illud Apocalyp. Signum magnum apparuit in Cœlo. =

D. 2. n. 12. Extat Iacobi de Valencia Expositio Virginei Cantici Magnificat. =

D. 2. n. 33. Extant Hieronymi de Guevara Observationes sup. Cap. 1. Mathæi pro augustissimo Marianæ Conceptionis mysterio. =

D. 2. n. 49. Extat Alphonsi Sanchez Zarsosa thesaurus pro immaculata SS. Virginis Conceptione ex Conspiratione totius fere sacræ Scripturæ cum Apocalypsi, cuius argumentum mysterii huius definitio. =

E. 2. n. 9. Extat Martini del Rio Expositio Cantici Canticorum de SS. Virgine. =

E. 2. n. 10. Extat Didaci de Baeza Liber 1. Comment. histor. Evangel. ubi à Cap. 9. tractat de SS. Virgine à sua Conceptione usque ad ipsius glorificationem. =

F. 2. n. 22. Extat Petri de Alva, et Astorga Paraphrasis, et Litteralis Expositio Mariani Cantici Magnificat pro immaculata Deiparæ Conceptione. =

B. 3. n. 16. Extat Martini del Castillo tractatus sup. Cap. 9. et 5. Iudicum de SS. Vir-

gine Deipara in Debbora, et Jahel mystice figurata, et adumbrata. = Vide D. 3. n. 16. infra. =

B. 3. n. 21. extat Aloysii Novarino Umbra Virginea, sive tractatus de SS. Virgine Deipara sup. Missus est Angelus etta. =

C. 3. n. 63. extat apud Bibliothecam Virginalem Alberti Magni egregium Mariale sup. missus est, et supra K. 1. n. 3. = Item amplius extat eiusdem Biblia Mariana. = Præterea eiusdem expositio sup. Missus est, et Canticum Magnificat. =

C. 3. n. 63. extat apud Bibliothecam Virginalem Alexandri Alensis Glossa sup. Missus est, et sup. Magnificat. =

C. 3. n. 69. Apud Bibliothecam Virginalem extant Antonii Rampegoli Figuræ Mariane Bibliorum. = Item Andreæ Crocquegio explanatio Salutationis Angelicæ. = Item Angeli de Paz explanatio sup. Missus est, et sup. Magnificat. =

Item Armandi de Bellovisu Collationes de SS. Virgine sup. Psalmos. = Item Augustini Anconitani tractatus sup. Magnificat, et Lectiones sup. Salutationem Angelicam. = Item Ægidii Romani expositio Angelicæ salutationis. = Item Antonii Ianuensis opusculum de SS. Deipara in Arca figurata Noetica. = Item Antonii Bitetini Postillæ, et quæstiones sup. evangelia, et epistolas festivitatum SS. Virginis. = Item Alani Insulensis elucidatio Cantici Canticorum de SS. Virgine. = Item S. Antonii Paduani Concordantiæ, et fragmenta festivitatum Deiparæ. =

D. 3. n. 16. extat Martini del Castillo tractatus appendix de SS. Deipara figurata in Susanna. =

D. 3. n. 50. extant Josephi de Ormaza Periphrases, litteralesque quæstiones de B. Virgine super evangelia Ioannis In principio: Mathæi Liber generationis: et Lucæ Missus est, atque exiit editum. =

K. 3. n. 6. extat Alphonsi Horozco tractatus super Magnificat. =

F. 3. n. 26. extant Petri Hamerio Ina... tragedia sermones Mariani sup. Missus est. =

K. 3. n. 59. extat Ioannis Martinii Siculi Colloquium cum SS. Virgine exponens Salutationem Angelicam. =

A. 4. n. 5. extat S. Bonaventuræ Speculum SS. Virginis Deiparæ, ubi exponendo Saluta-

tionem Angelicam mira Deiparæ resplendent excellentiarum encomia.=

B. 4. n. 18. extat S. Thomæ Aquinatis Opusculum exponens Salutationem Angelicam.=

D. 5. n. 30. extat Ludovici à Conceptione proemialis discursus sup. Cap. 12. Apocalypsis de Immunitate Originali SS. Virginis.=

C. 7. n. 18. extat V. Josephi à S. Benedicto explanatio Psalmi Eructavit Cor meum de mirabilibus Dei in SS. Deipara Virgine.= Item translatio, et glossa Psalmi Miserere mei ad Virginem gloriosam.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Ultra istos Videantur Expositores Sacræ Scripturæ relati in theologia expositiva, præcipue sup. Evangelium Lucæ, et super Apocalypsim.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Dogmatica, et quasi Dogmatica.

* A. 1. n. 13. extant S. Ildephonsi toletani Liber Synonimorum, et alter liber Contra negantes perpetuam SS. Deiparæ Virginitatem.=

* A. 1. n. 43. extat S. Hieronymi Liber de perpetua Deiparæ Virginitate adversus Helvidium Auxentii Arriani discipulum.=

A. 1. n. 19. extat Joannis Zonaræ Canon, sive Canticum ad B. Virginem Deiparam Contra omnes hæreses.=

A. 1. n. 40. extat Cuiusdam apud S. Augustinum tractatus de Assumptione Deiparæ Virginis.=

B. 1. n. 8. extat S. Petri Damiani Opusculum de fide Catholica, cuius Cap. 4. astruit Virginitatem Deiparæ in partu.=

B. 1. n. 30. extat Hugonis à S. Victore tractatus de perpetua SS. Deiparæ Virginitate.=

C. 1. n. 7. extat S. Antonini Florentini Pars 1. summ. ubi titul. 8. Cap. 2. tenet SS. Virginem fuisse in Originali peccato Conceptam.=

D. 1. n. 10. extat Joannis Gerson sermo de susceptione humanitatis à Verbo ad quemdam Priorem Celestinorum exponens Viginti quatuor Veritates de Christo, suaque SS. Matre.=

K. 1. n. 5. extat Michaelis Carranza Opusculum pro SS. Deiparæ Virginitate.=

R. 2. n. 37. extant Abulensis quinque Paradoxa, quorum primum à Cap. 9. de for-

dit perpetuam SS. Deiparæ Virginitatem contra Helvidium hæreticum: et Cap. 4 fatetur SS. Virginis immunitatem à peccato originali, ibique videndus circa hanc inter Dominicanos, et Minores controversiam.=

A.2.n.83. extat Andreæ Pinto Ramirez Opus, et appendix multipliciter probans immaculatam, gratiosam, et gloriosam Deiparæ Conceptionem, primo expendens D. Thomæ mentem.=

B.2.n.28. extat Ferdinandi Quirino de Salazar Deffensio Philippo 3. Hispaniarum Regi oblata pro immaculata Deiparæ Virginis Conceptione.=

B.2.n.52. extat Salvatoris de Leon Digressio probans immaculatam Deiparæ Conceptionem sup. Cap. 24. Vers. 16. Ecclesiastici.=

B.2.n.73. extant Joannis de Sylveira ad pag. 72. duæ quæstiones demonstrantes immaculatam Deiparæ Conceptionem.= N.81. extat eiusdem opusculum inter alia, quartum per plures quæstiones stabiliens immaculatam Conceptionem SS. Virginis.=

C.2.n.12. extant Pauli Sherlogi Anteloquium 2. Sect. 1. et Sect. 2. tractans de SS. Virginis Conceptione.= Anteloquium 6. Sect. 1. de eiusdem Assumptione.= N.13. Vestigatio 1. à n.33. de dignitate SS. Virginis ad maternitatem, ex quo sine macula.= Vestigatio 2. à n.43. eiusdem immunitas ex lactatione Christi.= Vestigatio 10. à n.20. singulariter producta, et nobilissime redempta.=

* A.3.n.7. extat Jacobi Marchant Liber 1. cuius tractatus 3. Lectiones 12.–15. sunt de perpetua Deiparæ Virginitate, et modo mirabilissimo nativitatis Christi ex SS. Virgine.=

C.2.n.17. extat Hieronymi de Ormaechea, et Guerrero opus suadens immaculatam Deiparæ Conceptionem, et oppositis occurrens argumentis.=

C.2.n.37. extat Alphonsi Salmeron Liber 2. continens quatuor disputationes de immunitate Deiparæ à peccato originali.=

D.2.n.29. extat Alphonsi Sanchez Zarzosa thesaurus pro immaculata Deiparæ Virginis Conceptione ex conspiratione totius fere scripturæ sacræ cum Apocalypsi.=

* [illegible]

* B.3.n.35. extat Vincentii Fassario tractatus de immaculata Deiparæ Conceptione cum appendice circa novissimam Alexandri Septimi Bullam, et protestatione ad Dominicanum ordinem.=

C.3. n.2. Extat Petri Galatini Liber septimus arcanorum catholicæ fidei de SS. Matre Messiæ, cujus immaculatam Conceptionem, omnimodamque puritatem, et Virginitatem propugnat, et ad contra objecta respondet. =

C.3. n.43. Extant Joannis Antonii Velazquez Dissertationes de immaculata Deiparæ Conceptione. =

C.3. n.61. Extant Joannis Servano quinque libri, in quibus ostenditur possibilitas, decentia, necessitas hypotetica, factum, et modus præservationis Deiparæ Virginis ex Scriptura, traditione, Patribus, miraculis, revelationibus, rationibus, inconvenientibus, et vitandis scandalis, exhibenturque rationes et causæ cur nec Patres, neque Ecclesia de hac re clarius hucusque definierint. Videatur Authoris præfatio, in qua explicat occasionem, difficultatem, modum, et ordinem scribendi. =

C.3. n.62. Extant Joannis de Segovia Allegationes, Avisamenta, et miracula pro veritate immaculatæ Conceptionis Deiparæ ad Patres Concilii Basileensis, nitori suo restituta, et in lucem edita studio Petri de Alva, et Astorga, cujus videnda præfatio pro Authore, et Opere. =

C.3. n.63. Extant Petri de Alva, et Astorga Præfatio, aliaque præmissa ad Radios Solis Veritatis, ubi veluti Sol discurrens per tot Authorum classes, quot in Cælo sunt Signa Zodiaci, totque emittens radios, quot habet dies Annus completus Bisextilis, detegit quam plurima objecta contra immaculatam Deiparæ Conceptionem, esse ficta, falsificata, adulterata, variata, corrupta, vel ad pravum sensum retorta. =

C.3. n.64. Extant ejusdem Memoriale[+], et prologuium ad Lectorem sui Operis Militiæ contra Malitiam, ubi, ordine alphabetico, exhibet exercitum sex millium fere Authorum aliquo modo pro immaculata Deiparæ Conceptione militantium. =

[+] ad Philippum 4. Hispaniæ Regem,

C.3. n.65. Extant ejusdem Memoriale ad Philippum 4. Hispaniæ Regem, et Sol Veritatis pro immaculata Deiparæ Conceptione, suos in Area tolerans adversarios, eorumque objecta ventilans, et granum congregans in horreo Veritatis. =

C.3. n.66. Extant ejusdem Monumenta antiqua Seraphica, seu varii Ordinis Seraphici Doctores antiqui pro immaculata Deiparæ Conceptione, videlicet, qui sequuntur. S. Bernardini Senensis sermo, vel tractatus de Conceptione immaculata Deiparæ, ejus possibilitatem, factumque tam egregie, quam multipliciter probans. =

Ibidem Petri Aureoli tractatus, Repercussorium, et quaestio cum duobus fragmentis de immaculata Conceptione B. Virginis. == Ibidem Joannis Vitalis sermo triplici constans tractatu, quorum secundus, et tertius continent, et concludunt quoddam Litigium inter Vetulas, et Virgines pro immaculata Deiparae Conceptione ante supremum Judicem: et ad huius calcem extat cuiusdam fragmentum quaestionis pro eadem Conceptione. = Item eiusdem Vitalis Defensorium Deiparae Virginis in quinque libros divisum contra Joannem de Montesono Dominicanum. =

Ibidem Petri de Candia, qui postea Alexander quintus, Quaestio de Conceptione Immaculata Deiparae Virginis. == Item Petri Thomae tractatus de Innocentia B. Virginis in libros, partes, et capita divisus. == Item Francisci Mayrones Quaestio de Immaculata Virginis Conceptione in decem articulos divisa+. =

+subiunctis eiusdem sermonibus de eodem argumento. =

Ibidem extat Ludovici a Turri de Verona Prologus, et tractatus in tria capita divisus de immaculata Conceptione Deiparae Virginis, et ad calcem Constitutio Sixti quarti Grave nimis. =

Ibidem Raymundi Lullio Liber in quinque partes divisus de Conceptu Virginali. ==+ Item Ludovici Carbaxal Declamatio in persona B. Virginis expostulatoria pro immaculata sua Conceptione, et appendix diluens quindecim argumenta eiusdam in dictam declamationem obiecta+. = Item Antonii Cucharo Prolegomena, et tractatus Elucidarius tripartitus de Conceptione SS. Virginis. = Item Antonius de novo Castro fragmentum tractatus pro immaculata Virginis Conceptione. =

Pro +Lullio vide G.1.n.1. =

Pro +Carbaxal vide K.1.n.22. =

C.3.n.67. extat Petri de Alva, et Astorga tomus 1. Bibliothecae Virginalis continens, inter alia, Doctorum opera, quae sequuntur. = Abulensis Paradoxon primum de Maria Vase admirabili, ubi tangit quod supra A.2.n.37. =

C.3.n.68. extat tomus 2. eiusdem Bibliothecae, ubi Alberti Pii, vel Phigii quoddam fragmentum de B. Virgine contra Erasmum. == Item Ambrosii Catharini de immaculata Virginis Conceptione tres libri, qui etiam extant F.1.n.15.+ = Item eiusdem Liber Verus de consummata Christi, suaeque SS. Matris gloria. =

+et G.2.n.235.

C.3.n.69. extat eiusdem tomus 3. Bibliothecae Virginalis, ubi extant Antonii Rubio

Assertiones Catholicę contra errores Erasmi circa SS. Virginem Dei Matrem.= = Ibidem Arnoldi Albertini Summaria, et quęstiones de immaculata Conceptione, morte, et assumptione Sanctissimę Virginis.= Ibidem S. Athanasii Alexandrini quęstiuncula de perpetua SS. Deiparę Virginitate.= Ibidem Antonii Bituntini nonnullę quęstiunculę de Conceptione, et aliis ad B. Virginem pertinentibus.=

C.3.n.20. Extat Petri de Alva, et Astorga Armentarium Seraphicum, tractatus apologeticus, et Regestum authenticum pro tuendo immaculatę Conceptionis titulo contra quoddam subreptitium decretum, et duos adversariorum libellos.=

D.3.n.53. Extat Benedicti de Serna tractatus de pręservatione SS. Virginis.=

F.3.n.15. Extat Bernardini de Bustos Mariale, ubi immaculatam SS. Virginis Conceptionem multipliciter astruit, et defendit.=

F.3.n.199. Extat Gundisalvi Sanchez Lucero Discursus probans Deiparę Conceptionem immaculatam pręsertim testimonio desumpto ex libris repertis in monte Sancto Granatensi cum Censura, et approbatione Francisci de Sosa.= Videatur G.3.n.283.=

F.3.n.199. Extat Petri de Ojeda Informatio pro immacula SS. Virginis Conceptione.= Vide G.3.n.115.=236.=265.=283.=289.=

F.3.n.200. Extant Petri de Oña Discursus de peccato originali, et pręservatione SS. Virginis excerpti ex suis Operibus per Sylvestrum de Saavedra.= F.3.n.200. Extat Alvari Pizaño Discursus stabiliens immaculatam Deiparę Conceptionem.= Videatur G.3.n.265.=289.=

F.3.n.200. Extant Ioannis de Pineda Advertentię sup. privilegium, pracmaticam Sanctionem Ioannis primi Regis Aragonę, adiunctis Constitutione, et Fuero de Aragon Ioannis secundi sui Regis cum satisfactionibus ad oppositiones adversariorum.= Vide G.3.n.265.=283.=

G.3.n.128. Extant Acta pro immaculata Deiparę Conceptione apud Alexandrum Septimum Pontif. Maximum. Huius Decretum, et

decim Stellæ, totque fulmina, quibus in eo exaltat ipsam Sententiam, et Marianam Conceptionem purissimam. =

§. 3. n. 199. Extant Joannis Guerrero de Espinar Concordantiæ, discursusque Juridici pro Immaculata Deiparæ Conceptione. =

§. 3. n. 211. Extat Jacobi Granado Liber de præservatione Virginis Deiparæ à peccato Originali. = Vide n. 289. = F. 7. n. 53. = D. 1. n. 51. =

§. 3. n. 215. Extat Gundisalvi Cervantes Judicium sup. S. Augustinum pro Deiparæ Conceptione, et Satisfactio ad ea, quæ in eodem opponi videntur. =

§. 3. n. 223. Extat Gabrielis à S. Maria Elucidatio Bullæ Alexandri Septimi in favorem Conceptionis Deiparæ. = Vide n. 284. =

§. 3. n. 236. Extat Bartholomæi de Loaysa Discursus in favorem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ. = Vide n. 265. =

§. 3. n. 265. Extat Vincentii Justiniani tractatus de Immaculata Deiparæ Conceptione. = Vide n. 275. =

§. 3. n. 273. Extat Petri de Alva, et Astorga Collectio, et digestio Antiquorum monumentorum, sive diversorum Operum Doctorum Antiquorum pro Immaculata Deiparæ Conceptione decertantium, nempe, Nicolai Monachi S. Albani Epistola contra oppugnantem Scriptam à se Sententiam de Immaculata B. Virginis Conceptione. == Petri Comestoris Sermo de Conceptione. == Joannis de Meppis tractatus de Conceptione. =

Item Petri Cantoris tractatus de Conceptione. == Petri Abaelardi tractatus de Conceptione. == Hermanni Schildis tractatus de Conceptione. = Theodori Vrye tractatus de Conceptione. == Gerardi Rondello Sermones, aut tractatus de Conceptione. == Anonymi tractatus de Conceptione. == Joannis de Mandeville Sermo, vel tractatus de Conceptione. == Dominici Bollani tractatus de Conceptione. =

Item alterius Anonymi tractatus de Conceptione. == Alterius Anonymi tractatus de Conceptione. == Joannis Patzio tractatus de Conceptione, subiunctis Statutis Universitatum Parisiensis, Coloniensis, et Moguntinæ circa B. Virginis Conceptionem. == Antonii Fornerio Dialogus de peccato Originali, et Im-

maculata Deiparæ Conceptione. == Henrici de Hassia Epistola quadripartita Vindicans S. Bernardum, et pravas in puncto Marianæ Conceptionis excerans dissentiones. == Ibidem Antonii Borromæi Clypeus Deiparæ Virginis. == Anonymi Benedictini tractatus Cronodromus pro immaculata Virginis Deiparæ Conceptione. == Facultatis theologicæ Parisiensis tractatus pro immaculata Deiparæ Conceptione adversus quasdam Joannis de Montesono Dominicani propositiones. = Caroli Ferdinandi Dissertatio de mundissima B. Virginis Conceptione contra Vincentium de Castronovo, seu Bandello Dominicanum. ==

Ibidem Cardinalis Bellarmino Sententia pronunciata coram Paulo quinto, nonnullisque Cardinalibus circa deffinibilitatem, et deffinitionem immaculatæ Conceptionis B. Virginis. == Judoci Clichtovei duo Libri de Conceptione. == Pauli de Heredia tractatus quadripartitus de Conceptione ad Innocentium Octavum. == Petri Montis duo tractatus de Conceptione. == Roberti Gaguini tractatus Metricus de Conceptione adversus Vincentium de Castronovo, seu Bandello, cum aliis eiusdem opusculis, et Epistola Danielis Mailler, atque poesi Claudii Ralle ad Ludovicum Petit. == Francisci turriani Epistola ad Iacobum Amiotum de peccato originali, et Conceptione Deiparæ. == Michaelis Butzembach tractatus de Conceptione. =

§. 3. n. 271. Extant Dominici de Carpena duodecim Stelliferi Sermones de Conceptione, italico idiomate contra Bandellum de Castronovo. = Item Nicolai Grinier Liber idiomate Gallico editus contra adversarios immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis. == Anonymi Deffensorium immaculatæ Conceptionis SS. Virginis, idiomate Gallico editum per modum dialogi inter ~~[illegible]~~ Sodalem, et Amicum. == Apostolicæ Litteræ Sixti quarti, et Decretum Concilii Basileensis. =

§. 3. n. 278. Extant Ambrosii Catharini Disputatio bipartita pro Veritate immaculatæ Conceptionis Deiparæ, eiusque ab omnibus celebranda festivitate ad Sanctam Synodum tridentinam. = Item alia Disputatio tripartita de immaculata Deiparæ Conceptione, et admittenda eius festivitate ad Patres Dominicanos, et eorum Capitulum generale. = Item Expla-

natio errorum in Controversia orta inter Dominicanos, et Cives Senenses sup. Celebrationem immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis. = Item Annotationes in Commentaria Caietani, et in eius tractatum de Conceptione. = Item altera Disputatio tripartita pro immaculata Deiparæ Conceptione, quæ etiam reperitur supra C.3.n.68. = Tandem quædam fragmenta pro Conceptione Mariana ex variis eiusdem Catharini operibus collecta. = Item ibidem Thomæ de Campanella tractatus de Conceptione ad Cardinalem de Crexo, cum peroratione ad Magistrum Generalem, omnesque theologos, Patres, et Fratres Dominicanos Thomistas. =

§.3.n.226. Extat Petri de Alva, et Astorga Nodus indissolubilis consurgens ex his, quæ Thomistæ sentiunt de Concepto mentis sui Angelici Doctoris, et de Concepto Ventris Deiparæ Virginis. =

§.3.n.227. Extant eiusdem Petri de Alva, et Astorga Quæstiones Peripateticæ in defensionem prædicti nodi indissolubilis. =

§.3.n.229. Extat Antonii Calderon liber pro titulo immaculatæ Conceptionis adversus duos cuiusdam Anonymi libellos. =

A.4.n.9.-29. Extat Hugonis Rosarium Beatæ Mariæ, tanquam appendix ad quæstionem primam lib.3. Sententiarum Scoti, adducens pro immaculata SS. Virginis Conceptione testimonia à primo Christi sæculo, usque ad sextum decimum. =

A.4.n.83. Extat Dionysii Petavii liber, inter alios, quartus decimus agens de immunitate ab omni macula, Virginali perpetua integritate SS. Virginis Deiparæ, sibique debita adoratione. =

B.1.n.13. Extant Cardinalis Caietani opuscula de Conceptione, et Spasmo Deiparæ Virginis. =

D.1.n.62. Extant Aegidii à Præsentatione quatuor libri de immaculata Deiparæ Conceptione. =

K.4.n.99. Extat Ioannis Eusebii Nierembergi * compendiosa theoria de solida veritate Deiparæ Conceptæ absque labe originali ex canonicis, et orthodoxis fundamentis: et sacro syllabus de scriptura ab Ecclesia, et Patribus explicata pro immaculata Deiparæ Conceptione. =

D.5.n.16. Extat Emmanuelis Rodriguez quæstio quinquagesima septima de Conceptione immaculata Deiparæ. =

* F.2.n.11. Extat Lelii Zechii tractatus, ubi de honoribus circa B. Virginem Deiparam. =

Theologia Mariana.

E.5.n.51. extat Dominici Viva trutina theologica super propositiones Vigesimamquartam, et Vigesimam sextam damnatas ab Alexandro Octavo de purificatione, et Laude Deiparae Virginis.=

* G.5.n.29. extat Francisci de Sosa Judicium, sive dictamen super quodam sermone Conceptionis denuntiato S. Inquisitionis tribunali ob allegata testimonia Concilii Apostolorum, et S. Tesifonis discipuli D. Jacobi.=

* K.7.n.73. extat Francisci Bivarii Vindicatio SS. Patrum, praesertim Augustini, Ildephonsi, Bernardi, et Anselmi a Vulgari sententia quae illis imputari solet in Controversia de Immaculata Deiparae Virginis Conceptione.=

A.8.n.36. extat Theophili Raynaudi Dissertatio pro retinendo titulo Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis.= N.37. tractatio de B. Virgine Immaculate Concepta ad Ecclesiam Lugdunensem in Gallia Praecentricem, continens propositum, et tres tractationis Cardines, videlicet, quam Verum sit Deiparam fuisse Conceptam in gratia: quam honorifica sit ipsi huius Veritatis assertio: quamque sit ei grata, et accepta ad Veritatem istam adhaesio.=

D.8.n.12. extat Petri Montis Liber, inter alios, quartus habet particulam, sive tractatum probantem Immaculatam Deiparae Virginis Conceptionem.=

Ultra istos, forte nonnullos alios reperies in theologia Dogmatica, et alios multos sub sequentem titulum legas.=



Theologia Scholastica.

A.1.n.55. extat S. Bernardi Abbatis Epistola 172, ad Canonicos Lugdunenses super festum Conceptionis Deiparae cum nota videnda Jacobi Merloni Horstii, in qua fit mentio notabilis ad rem Epistolae Petri Cellensis 23, quae cum omnibus suis extat A.1.n.20. et est sui libri sexti ultima.= N.36. Epistola 77. ad Hugonem de S. Victore, ubi cap. 5. defendit Dei consilium circa Incarnationem nulli etiam Angelorum antequam Virgini fuisse revelatum.=

R.1.n.30. extat Hugonis a S. Victore tractatus de perpetua Virginitate Deiparae, ubi de veritate sui Coniugii non obstante Voto de perpetuo servanda Castitate Virginali.=

A.2.n.64. extat Francisci de Mendoza liber 2. Viridarii habens de Deipara decem Problemata

A.2. n. 85. Extat Ildephonsi de Flores tractatus appendix de martyrio Deiparæ Virginis efformato iuxta singulas sui filii perpessiones. =

B.2. n. 50. Extat Didaci de Avendaño Apologetica dissertatio probans immunitatem à peccato originali fuisse debitam Maternitati Virginis de b.to Connaturalitatis. =

B.2. n. 81. Extat Ioannis de Sylveira Opusculum, inter alia, quartum, ubi et probat immaculatam Deiparæ Conceptionem, et proximam huius mysterii deffinibilitatem. =

B.2. n. 82. Extant Marcellini Syuri tractatus de Deiparæ Parentibus, Conceptione, Vnigenitura, Nativitate, Nomine, Præsentatione, Desponsatione, Virginitate, Sponso, Salutatione, activa Conceptione, Visitatione, partu, et purificatione, atque de eius factis in filii perditione, et in nuptiis Gallilææ. = N. 83. tractatus sextus decimus de Compassione Deiparæ. = = N. 85. tractatus quadragessimus tertius de permanenti Vissione Dei, an fuerit in Via Deiparæ concessa. =

C.2. n. 11. Extant Pauli Theologi Antelogium 8. sect. 1. de SS. Virginis merito. = Antelogium 10. sect. 1. de eius Virginitate. = Antelogium 12. sect. 6. de eius splendore, et scientia. = N. 15. Vestigatio 15. à num. 33. de antelucana eius in templo præsentatione. = Vestigatio 23. à num. 32. quid Deo, et hominibus ex eius nativitate? = N. 16. Vestigatio 32. à num. 42. de usu rationis, et scientia infusa ipsi præstitis à Conceptione: atque de interrupto eius intensissimo amore. = Vestigatio 35. à num. 63. de spirituali eius vigore dum in templo se præsentavit. =

B.3. n. 35. Extat Vincentii Fassarii trutina theologica, ubi de certitudine sententiæ de immaculata Deiparæ Conceptione. =

B.3. n. 36. Extant Sylvestri de Saavedra Vestigationes, disputationes, et difficultates theologicæ de possibilitate, existentia, eminentia, muneribus, et effectibus dignitatis maternalis Deiparæ: atque de certitudine piissimæ opinionis seu immaculatæ Conceptionis. =

C.3. n. 12. Extat Ioannis Baptistæ Poza Elucidarium Deiparæ, ubi de suorum mysteriorum Chronographia, et Geographia: de re eius paterna, et de eius corpore, susque immaculatæ Conceptus diffinitione. =

C.3. n. 17. Extant Antonii Velasquez Dissertationes de immaculata SS. Virginis Conceptio-

ne, præstantia opinionis piæ, et huius mysterii deffinibilitate.=

C.3.n.52. Extat Laurentii de Zamora quæstio an B. Virgo Maria potuerit esse, vel fuerit tentata?.=

C.3.n.58. Extat Stephani Mendez quatuor libri Considerationum dignitatis Deiparæ Virginis ab æterna eius prædestinatione, usque ad eiusdem in templo præsentationem.=

C.3.n.60. Extant Petri Rivero Dissertationes de quamplurimis privilegiis SS. Virginis, quatenus filiæ, Sponsæ, et Matris, tam receptis in annunciatione, Visitatione, purificatione, et assumptione, quam communicatis suis SS. Parentibus, et Sponso.=

* D.3.n.53. Extat Benedicti de Serna tractatus de præservatione Deiparæ, et gradu, quem habuit in Ordine gratiæ.=

* D.3.n.90. Extant Petri Pernaniensis institutiones de Maternitate, Electione, et Charitate Deiparæ.=

E.3.n.199. Extat Francisci de Sosa Memoriale pro deffinibilitate Marianæ Conceptionis à Papa sine Concilio.= Videatur E.3.n.265.= E.5.n.29.=

E.3.n.273. Extat Cardinalis Bellarmino sententia pronunciata coram Paulo 5. nonnullisque Cardinalibus circa deffinibilitatem, et deffinitionem immaculatæ Conceptionis SS. Virginis.=

E.3.n.278. Extat Philippi de Ayala quæstio circa modum publice loquendi hodie de mysterio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis.=

E.3.n.285. Extant Philippi Bernal Discursus ostendentes S. Thomam, Dominicanumque Ordinem stare pro immaculata Deiparæ Conceptione.=

E.3.n.286. Extat Didaci Alphonsi Malvenda Memoriale ad Joannem de Austria super convenientia vovendi, et jurandi sententiam, et defensionem immaculatæ Conceptionis Deiparæ.=

A.4.n.42. Extat Joannis Gabrielis Boyvin caput ultimum tract. de Incarnat. ubi de Immunitate à peccato, Maternitate, et incorrupta Virginitate Deiparæ.=

A.4.n.46. Extat Thomæ Francisci Urtizgoyti Certamen scholasticum Marianum quinquaginta sectionibus tractans de immunitate Deiparæ à peccato, debito, et aliis quamplurimis privilegiis, primi sui felicissimi instantis: de titulo immaculatæ, gloria sententiæ piæ, et statu eius circa deffini-

bilitatem, et Credulitatem: de Voto, et Juramento suæ deffensionis, et obligatione subeundi mortem pro eius deffensione, quidque dicendum de eo, qui ob eam deffensionem mortem subieret: = Item appendix super an Subditus teneatur obedire Prælato præcipienti stante conditionem non dicat, ut moris est, Alabado sea etta.

N. 17. Eiusdem Disputationes de dormitione, et assumptione Deiparæ, apparitionibus, imaginibus, et Epithetis in eius Cultum Constructis, ubi habet Eruditissimum suorum Epithetorum alphabetum: de Patrocinio, et adoratione Matri Dei debita. =

A. 4. n. 53. Extant Roderici de Arriaga Disputatio 18. de merito B. Virginis Circa Dei maternitatem: et disputatio 52. de adoratione sibi debita. =

A. 4. n. 69. Extat Cardinalis de Lugo Disputatio 8. de Merito SS. Virginis Erga Verbi Incarnationem. =

B. 4. n. 77. Extat Joannis Caramuelis Quæstio Incidens, ubi expendit illud argumentum Scoto-Marianum pro originaria Deiparæ immunitate Decet, et non repugnat etta. =

C. 4. n. 29. Extant Mathiæ Hauzeur sup. 3. Sententiar. Quæstio 9. de vera Dei maternitate: et quæstio 15. de Sanctitate SS. Virginis, et Cultu immemorabili per totam Ecclesiam sub proprio titulo Immaculatæ. =

C. 4. n. 30. Extant Marini Panger sup. Secund. Sentent. duodecim quæstiones de Immaculata B. Virginis Conceptione. =

C. 4. n. 33. Extant Francisci del Castillo Disputationes de præservatione SS. Virginis ab originali. =

C. 4. n. 85. Extant Gabrielis Vazquez Disputationes duæ de Sanctificatione, gratia, et Virginitate Deiparæ. =

C. 4. n. 92. Extat Thomæ Hurtado Disputatio de potentiis Vegetativis SS. Virginis. =

C. 4. n. 121. Extant Joannis Baptistæ Novato Quæstiones de SS. Virginis prædestinatione, genealogia, Conceptione, nativitate, præsentatione, desponsatione, annuntiatione, Visitatione, Uteri gestatione, parturitione, et suis gestis, quæ ab hinc, usque ad extremum Vitæ suæ operata est cum filio, circa filium, usque evenerunt. =

C. 1. n. 125. extant Caroli del Moral tractatus de essentia, et attributis maternitatis Dei, et de mirabili SS. Virginis praedestinatione. = N. 126. tractatus de Justitia originali, gratia, impeccabilitate, meritis, et Virtutibus eiusdem SS. Virginis. =

C. 1. n. 144. extat Benedicti Del Bezerra quaestio de Cultu Deiparae Virgini debito. =

D. 1. n. 28. extat Petri Cornejo tractatus de Conceptione SS. Virginis. =

D. 1. n. 66. extant Francisci Suarez Disputationes de dignitate maternitatis Dei, Deiparae Conceptione, Santificatione, Virginitate, gratiis, scientia, meritis, cultu, invocatione, et mysteriis desponsationis, annunciationis, activae Conceptionis, partus, purificationis, transitus, et assumptionis. =

D. 1. n. 77. extat Francisci a Christo quaestio de adoratione Deiparae debita: et Liber de eius puritate, desponsatione, Conceptu, maternitate, et genealogia. =

D. 1. n. 98. extat Francisci a S. Clara opusculum, seu disputatio de Deffinibilitate mysterii Immaculatae Conceptionis Marianae. =

D. 1. n. 101. extat Dominici de Lossada theologica discussio Certitudinis, et infallibilitatis cultus, et obiecti festi Conceptionis Immaculatae SS. Virginis et proxime huius mysterii deffinibilitatis. = Item Regalium theologorum pro Cultu Immaculatae Conceptionis Deiparae ad Clementem duodecimum humilis deprecatio cum synopsi doctrinae pro eadem mysterii proxima deffinibilitate. = Videatur D. 3. n. 21. =

D. 1. n. 102. extant Cuiusdam Mercenarii Observationes super, et adversus Commentitum Magistri Bello suffragium pro pietate hispanicae nationis apud Sedem Apostolicam postulantis deffinitionem mysterii Immaculatae Marianae Conceptionis. =

E. 1. n. 12. extat Joannis Perlini Apologia, Controversiaque theologica ex sacris litteris, Conciliis, SS. Patribus, et aliis theologicis Argumentis Concludens Immunitatem Deiparae Virginis a debito originali. =

F. 1. n. 11. extant Lelii Zechii tractatus de B. Virginis Immunitate, maternitate, Virginitate, desponsatione, annunciatione, et assumptione. =

* K. 1. n. 13. extant Sebastiani Dupasquier Disputationes, inter quas, de immunitate, gratia, donis, morte, resurrectione, et assumptione SS. Virginis.=

E. 1. n. 10. extat Francisci Felicis tractatus de peccato Originali, ubi a dub. 2. tractat de immunitate Deiparæ, et gradu sententiæ piæ.=

G. 4. n. 28. extat Joannis de Cardenas Geminum sidus Mariani diadematis, sive duplex disputatio de infinitate Maternitatis, et gratiæ Deiparæ.=

* L. 9. n. 3. extant Quaedam Viginti tres Disputationes de Vita, et singulari præstantia Deiparæ Virginis.=

B. 5. n. 10. extat Kiliani Haremberger Appendix Centifolia, cujus Assertiones trigesima sexta, et trigesima septima sunt de immunitate Deiparæ a peccato Originali, et a debito illud contrahendi.= Item appendix alphabetica decretorum, ubi reperitur Breve, sive decretum Clementis Undecimi pro festo Conceptionis Deiparæ servando de præcepto in Universa Ecclesia, et est tenoris, ut sequitur.=

Clementis Undecimi Constitutio Commissi nobis data Romæ die 6. Decembris ann. 1708. Festum Conceptionis ipsius B. Mariæ Immaculatæ Ubique terrarum in posterum ab omnibus, et singulis Utriusque sexus Christi fidelibus, sicut alia festa de præcepto servari, et celebrari, ac sub præcepto celebrationis festorum comprehendi, Auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, præcipimus, et mandamus.=

Nota hic.

Ex isto decreto Apostolico quidam inferunt Conceptionis mysterium esse deffinitum, et canonisatum: ad quod Magister Vello Mercenarius in memoriali defensorio adversus Observationes contra suum Clementinum suffragium, ut sup. D. 1. n. 102. refert n. 186. Verba Cardinalis Gotti Dominicani dicentis: Clementem Consulto non dixisse festum Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ; sed festum Conceptionis B. Mariæ immaculatæ; ne quis putaret ipsum Vi facti voluisse decernere punctum controversum.=

Et num. 187. eiusdem memorialis adducit Cardinalem Lambertini, nunc Benedictum 14. Pontificem summum, tunc tempore Clementis Promotorem fidei, dicentem: Clemens P. 11. san. memor. Festum Conceptionis B. V. Mariæ fecit de præcepto, ut ha-

betur in eius Constitutione quadragessima; sed doctus ille Pontifex usus est sequentibus verbis, Vt festum Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ de præcepto ubique in posterum celebretur, et servetur, referendo, videlicet, verbum immaculatæ non ad Conceptionem, sed ad B. Virginem: Vt sic, videlicet, satisfaceret omnibus se per institutionem festi Conceptionis noluisse articulum deffinire.=

Et num 188. prosequitur ex eodem Lambertino, Denimo cum ad eius Aures fuisset delatum, quod in Editione Bullæ facta in aliquibus Italiæ Civitatibus, sua verba mutata fuissent, modo qui sequitur: Vt festum immaculatæ Conceptionis B. Mariæ, etta. Summus ille Pontifex graviter Conquestus est, et imperavit Episcopis dictarum Civitatum, ut Editores punirent.= Res est nota in Vrbe etta.= Numero autem + eiusdem manuscri-
+ 51. ti memorialis dixerat Magister Tello eundem Cardinalem Lambertinum fuisse testatum, quod initio Pontificatus tunc præsentis Clementis duodecimi supplices preces Sanctæ Sedi exhibitæ fuerunt pro articuli immaculatæ Conceptionis deffinitione: P. Zuarellus ex Dominicana familia sacri Palatii Apostolici Magister, nuper deffunctus, media in Vrbe Typis edidit dissertationem, in qua demonstravit, nec esse deffinitum, nec esse in gradu deffinibili articulum, de quo nunc agitur: qua potissimum de Causa SS. D. N. ab articuli deffinitione abstinuit.= Hæc Magister Tello ex aliunde.=

Ex propriis addit: Porro e quis erit, qui post hæc, post facta, videlicet, adeo patentia, innixus speculationibus, asserere audebit, per festi institutionem de præcepto rem esse deffinitam? Licet ipse in ea semper fuerim, et sim sententia, B. V. Mariam fuisse a peccato originali præservatam et eius Conceptionem undequaque immaculatam etta. Hæc sunt, quæ pro veritate referre debeo, repetita tamen protestatione, me sequi sententiam immaculatæ Conceptioni faventem.=

Quod autem Ecclesia Celebret, quodque celebrare præcipiat tradit Magister Tello ibidem numero 35. ex Suarez tom. 2. in tert. part. quæst. 27. disput. 3. sect. 6. §. dico secundo, ubi ait quia Cultus Conceptionis B. Virginis ab Ecclesia approbatus, et præceptus

primario respicit Sanctitatem Virginis, et in ea fundatur; Consequenterque, sive secundario respicit Circumstantiam temporis, aut primi instantis ut pie Creditam, quod satis est, inquit, ut pie, et sine ullo periculo possit eius festum celebrari.=

Adducit item Bellarminum tom. 4. Controvers. 5. lib. 3. Cap. 16. de Fest. Sanctor. ubi respondens ad secundum Haereticorum fundamentum quod aliqua Ecclesiae Festa falso fundamento nitantur, ut Conceptionis B. Mariae festum; ait dico primo, in maiori parte Ecclesiae pie credi B. Virginem sine peccato originali Conceptam, quod etiam ex adversariis fatentur Lutherus sermon. de festo Conceptionis, et Erasmus in Apologia ad Albertum Pium Carpensem= Hanc primam Bellarmini solutionem omisit Magister Tello, et solum secundam amplectitur, in qua Bellarminus ait, quod fundamentum huius festi praecipuum non est Conceptio Immaculata, sed Conceptio Matris Dei futurae qualiscunque fuerit illa Conceptio; quia eo ipso quod Conceptio fuit Matris Dei, affert Mundo eius memoria singulare gaudium.=

Sic utique Bellarminus; sed duo debebat, aut debuisset advertere Magister Tello: primum quod Bellarminus magis tandem inclinat in solutionem primam, quam in secundam: Unde sibi obiiciens pro Haereticis quod, stante secunda solutione, ~~[illegible]~~ similiter posset institui festum Conceptionis S. Joannis Baptistae, quia fuit Conceptio praecursoris Domini singulare gaudium, ut dixit Angelus Zachariae, multis afferens in eius nativitate: Respondet, magnum esse discrimen inter Matrem Dei, et Praecursorem eiusdem, et inter utriusque Conceptionem= Et cum discrimina quamplurima producere possem, sed, nota magnum discrimen, quod unicum affert: nam quia, inquit, maior pars Ecclesiae pie credit Immaculatam Matris Dei Conceptionem, inde habuit eadem Ecclesia occasionem instituendi hoc festum: quam occasionem non habuit ad instituendum festum de Conceptione Joannis Baptistae. Ecce quomodo reddit ad primam solutionem.=

Mitto alia ibi apud Bellarminum videnda, quibus satisfacit Haereticis D. Bernardum obiicientibus, unde legenti patebit, quod Bellarminus vel magis in primam propendet, quam in secundam, vel ad minus quod iudicavit insufficientem esse secundam

omnino independenter à prima: non ita Magister tello repetitâ protestatione Conceptionista; siquidem primâ prætermissa profert secundam.—

Secundum quod debuisset advertere Magister tello est, quod prædictæ solutiones Suarez et Bellarmini numquam placuerunt Conceptionistis, utpote oppositæ sensui Ecclesiæ, et fidelium in institutione et celebratione festi Marianæ Conceptionis: et quod si aliqualem habebant apparentem probabilitatem, quando eas ediderunt prædicti Doctores: nunc autem omni carent probabilitate post celeberrimam Bullam Alexandri Septimi, post quam nullus Theologus Catholicus illis uteretur, nec Magister tello illis uti debuisset sine gravi nota temeritatis, et contumaciæ graviter reprehensibilis. Videantur Doctores scribentes super prædictam Magni Alexandri Bullam, et præsertim Legatur Vincentius Fassarius in appendice de Bulla novissima Alexandri Septimi Pontificis Maximi: Ubi constat quod quamvis sit certum non esse definitum, aut canonisatum Immaculatæ Conceptionis mysterium, adeoque sit usque nunc improbabile, temerarium, et erroneum asserere esse de fide B. Virginem Deiparam fuisse immaculate conceptam, et ab originali præservatam, tamen hodie post prædictam Alexandri Septimi Bullam est pariter penitus improbabile, temerarium, et erroneum dicere, quod Ecclesia in festo Marianæ Conceptionis non celebravit, vel colerit celebrat, aut colit originalem gratiam, et sanctitatem SS. Virginis Deiparæ secundum veterem pietatem Christi fidelium eam ab originali fuisse præservatam, et immunem sentientium, atque in hoc sensu eius Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium, et celebrantium cultu, post ipsius in Ecclesia Romana institutionem, numquam immutato.— Hoc Magistri tello deffensorium non est in Bibliotheca: fuit casu à me visum, placuitque ista hic inserere ex eo decerpta, ut præ oculis habeantur tanquam pertinentia ad prædictum Clementis Undecimi Decretum de die festo Marianæ Conceptionis servando.— —

B. 5. n. 117. Extat Thomæ Hurtado quædam Digressio vindicans triplicem Christi excellentiam etiam super SS. Matrem suam circa Angelum custodem, gratiæ plenitudinem, et augmentum.—

C. 5. n. 22. Extant Andreæ Mendo

Appendix de Iuramento in Academiis fieri solito deffendendi purissimam Deiparæ Conceptionem: et pilologus fundamentorum eam suadentium, proximamque suam deffinibilitatem, cum acclamatione Academiarum, et Studiorum ad Pontifficem summum.=

D. 5. n. 31. extat Antonii de Cordoba Liber primus per nonnullas quæstiones agens de immunitate Deiparæ à peccato, peccati fomite, loco, ubi esset, si ante Christum mortua fuisset, maternitate in triduo, et de maternitate per comparationem ad suam integerrimam Virginitatem.=

H. 5. n. 11. extat Laurentii Portel Pars secunda ad Casum 32. satisfaciens quibusdam certi Doctoris propositionibus circa Marianam Conceptionem, et discutiens an eius deffensio possit cadere sub voto: idem tangit num. 13. verbo Conceptio Deiparæ.=

H. 8. n. 3. extant Simonis Ramos tres quæstiones de Immunitate SS. Virginis ab omnibus crassioribus naturæ excrementis, et de influxu tam activo, quam passivo in Christi Conceptione ab ea præstito.=

Tandem videantur in theologia scholastica Magister sententiarum, Alensis, S. Bonaventura, S. Thomas, et Scotus cum suis ibi adductis expositoribus.=

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Encomiastica

A. 1. n. 13. extant S. Ildephonsi toletani sermones de Nativitate, Purificatione, et Assumptione SS. Deiparæ.=

A. 1. n. 13. extant Idiotæ sex contemplationes, aut sermones de SS. Virgine.=

A. 1. n. 23. – 52. extant Amadei Lausanensis Homiliæ visu dignissimæ de B. Virgine.= Vide C. 3. n. 63.=

A. 1. n. 15. extant D. Hieronymi duo sermones de assumptione Deiparæ, quorum unus creditur esse Sophronii.=

A. 1. n. 50. extant V. Bedæ Homiliæ de Nativitate, Præsentatione, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, transitu, et assumptione SS. Virginis.=

A. 1. n. 55. extant S. Bernardi Abbatis tres sermones de Purificatione Deiparæ, et alii octo de eadem SS. Virgine, suaque Assumptione.= N. 56. apud eundem cuiusdam quatuor sermones super Salve Regina.=
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

A.1.n.57. extant S. Laurentii Iustiniani sermones de Nativitate, Annunciatione, Purificatione, et Assumptione SS. Virginis.=

A.1.n.61. extant S. Bernardini Senensis sermones de Conceptione, Nativitate, Nomine, Annunciatione, Consensu, Visitatione, Purificatione, Assumptione, et Exaltatione Deiparæ Virginis.=

A.1.n.62. extat S. Ephrem Syri sermo de Laudibus Deiparæ Virginis, et eius Lamentatio in passione filii.=

A.1.n.69. extat S. Ioannis Chrysostomi sermo de Annunciatione SS. Virginis.=

B.1.n.8. extant S. Petri Damiani sermones de Nativitate, Annunciatione, et Assumptione SS. Virginis.=

B.1.n.15. extat S. Epiphanii Constantiensis Oratio de Laudibus SS. Virginis.=

B.1.n.16. extat S. Athanasii Alexandrini sermo Videndus de SS. Virgine in Annunciatione.=

B.1.n.29. extant Hugonis à S. Victore sermones Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Assumptionis, et Cuiuslibet festi SS. Virginis.= N.30. Liber 3. miscellan. Cuius titulus 92. est de B. Virginis preconiis: titulus 125. de Assumptione, et decem eius preconiis= Liber 4. Cuius titulus 132. de tribus in SS. Virgine mirabilibus: titulus 135. de tribus bonis mirabilis suæ fecunditatis: et tandem, inter Collationes de Verbo incarnato, tertia Videnda pro SS. Virginis excellentia.=

C.1.n.4. extant S. Ioannis Damasceni Orationes de dormitione, sive transitu SS. Virginis.=

C.1.n.7. extat S. Antonini Florentini Pars 4. Summ. Cuius titulus 8. Cap. 3. est de SS. Virginis Conceptione.= Item Repertorium, ubi tabula de festis Deiparæ per anni Circulum Occurrentibus, et tabula alphabetica Continens de B. Virgine multa.= N.8. Pars 3. Cuius titulus 31. Cap. 3. expendit de B. Virgine illud omnis gloria eius etc.: et Cap. 4. agit de multiplici misericordia per Virginem accepta.= Pars 4. Cuius titulus 15. à Cap. 2. totus est de festivitatibus, excellentiis, prerogativis SS. Virginis.= Vide C.3.n.68.=

D.1.n.10. extat Ioannis Gerson sermo de Purificatione Deiparæ Virginis.= N.11. sermo de eius Conceptione.= N.12. sermo de eiusdem Nativitate.= N.13. sermones de eiusdem Conceptione, Nativitate, Annunciatione, et Purificatione.=

Ancilogia Mariana.

D.1. n.11. extat S. Anselmi Cantuariensis Liber de excellentia SS. Virginis.=

D.1. n.19. extant S. Brunonis Carthusiani Sermones de Laude, Nativitate, Annunciatione Purificatione, et Assumptione SS. Virginis.=

D.1. n.21. extat Richardi à S. Laurentio Mariale insigne de Laudibus Deiparæ in duodecim libros partitum.=

D.1. n.25. extant S. Thomæ à Villanova Conciones de Nativitate, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, et Assumptione SS. Virginis.=

E.1. n.9. extat Richardi à S. Victore liber primus de Emmanuele Cuius Cap. 6. et septem Ultima libri secundi Videnda pro Virgine Deipara.= Item in Expositione Cantici Canticor. Cap. 26. de integra, et perfecta Deiparæ pulchritudine: Cap. 39. de eius Laudibus: Cap. 42. de eiusdem Assumptione, et Laudibus.=

F.1. n.9. extat Francisci de Ossuna, inter alios iam alibi positos, sermo de Compassione Virginis.=

H.1. n.8. extant S. Vincentii Ferrer sermones de Conceptione, Nativitate, Annunciatione, Purificatione, et Assumptione SS. Virginis.=

H.1. n.9. extant Francisci de Ossuna sermones de Conceptione, Nativitate, Præsentatione Annunciatione, Visitatione, Purificatione, et Assumptione SS. Virginis, denique festi ad Nives.= N. 12. Trilogium sacrum multa continens de SS. Virgine in passione, resurrectione, et Ascensione sui SS. Filii.=

A.2. n.51. ad 53. extat Benedicti Fernandez Opus in Genesim, cuius Sectiones omnes clauduntur memoria, et Laudibus SS. Virginis.=

A.2. n.69. extat Francisci de Mendoza Viridarium, cuius liber 9. habet Carmina de Nativitate, et Purificatione SS. Virginis.=

B.2. n.50. extat Didaci de Avendaño Epithalamium sacrum, ubi pag. 33. à num. 20. de Mariæ nomine.= Pag. 82. à num. 19. de Contensione in Laudanda Virgine.= Pag. 150. num. 165. de Victoria Christi in Virginis Conceptione.= Pag. 269. num. 370. Deipara Rosa.= Pag. 281. num. 399. Maria lilium, et
à num. 492. Sponsa.= Pag. 318. Maternitas Virginis ad sacras nuptias à sua Conceptione.= Pag. 393. à num. 519. Ma-

ria Vendens Deo humanitatem in Sponsam, et Deus emens in Sponsam Mariam. = Pag. 360. ā num. 539. Maria emens Christum in Sponsum. = Pag. 443. ā num. 626. Fortunatissimæ Virginis mutationes in eius Conceptione, Nativitate, Præsentatione, et in Verbi Incarnatione. = Pag. 757. num. 932. Mirabilis SS. Virginis fæcunditas. = Pag. 843. ā num. 1028. Dilectus Jesus propter Mariam. =

B. 2. n. 51. extat Pauli Sherlogi Dioptra Hebraicar. antiquit. Vbi pag. 83. ā num. 27. habet mundum fabricatum in gratiam SS. Virginis. =

B. 2. n. 86. extat Rodulphi Carthusiani Opus de Vita Christi, cuius prima pars ā Cap. 2. agit de SS. Virginis Conceptione, Nativitate, Præsentatione, Desponsatione, Annunciatione etta. = et pars secunda Cap. 86. de eius Assumptione. =

C. 2. n. 15. extat Prædicti Pauli Sherlogi, præter alia, Vestigat. 3. ā num. 63. Maria divinæ munificentiæ Organum, Peccatorum Levamen, tota suavis. = Vestig. 4. ā num. 10. Maria dolorum, et gloriæ Christi Consors, et Socia. = Vestig. 6. ā num. 56. Mariæ dolor filio patiente. = Vestig. 7. ā num. 105. Maria imitatrix Christi in speciosis, et humilibus. = N. 16. Vestig. 25. ā num. 36. Maria tutissimum Asylum, et quam magnum. = Vide alia in præmissis titulis. =

C. 2. n. 22. extant Adami Sasbout Homiliæ Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis SS. Virginis. = Vide C. 3. num. 67. =

C. 2. n. 23. extant Ildephonsi Padilla annotationes ā 91. de Laudibus SS. Virginis. =

C. 2. n. 39. extat Alphonsi Salmeron tractatus 51. de die Sabbati apropriato SS. Virgini, huiusque Lamentatione, et Solitudine mortuo, et sepulto filio. = N. 35. tractatus 11. probat Christum resurgentem primo apparuisse SS. Matri. =

D. 2. n. 9. extant Joannis Bolaños in Lethers multi discursus de excellentiis SS. Virginis, præsertim in eius Conceptione, Nativitate, Annunciatione, Compassione, et Assumptione. =

D. 2. n. 13. extat Vincentii Gilberti opus, cuius pag. 518. ā num. 152. habet discursum de SS. Virgine sub figura Circuli. =

A. 3. n. 1. 2. 3. extant Francisci Sabata tria Alphabeta, in quibus Verbo Maria multa habet de SS. Virginis excellentia. =

A. 3. n. 8. extat Didaci Lopez de Mesa spiritualium Ciborum Mensa, ubi Verbo Maria Virgo multa exponit de Deipara. =

A. 3. n. 13. extat Hieronymi Perez de Nueros Lapidicina sacra, ubi, celebratis Parentibus, et Sponso SS. Virginis, multis asseritur Deiparam fuisse in gloria Conceptam. =

A. 3. n. 20. extat Æliæ à S. Theresia Liber 2. ubi à Cap. 9. expendit SS. Virginis merita, et Patrocinium. =

B. 3. n. 3. extant Multorum Patrum Græcorum Variæ mirabiles homiliæ de SS. Virgine. =

B. 3. n. 7. extat Josephi Manso tractatus 66. habens tredecim discursus de summo dolore SS. Virginis in passione filii. =

B. 3. n. 16. extat Martini del Castillo tractatus panegyricus Marianus. =

B. 3. n. 21. extat Aloysii Novarino Umbra Virginea, sive Deiparæ Encomiastica. =

B. 3. n. 31. extat Antonii à Matre Dei Apis Libani, cuius flos 4. appendix Marianus. = N. 32. flos 11. de Deipara. = N. 33. flos 12. de eadem. =

B. 3. n. 37. extat Josephi de la Cerda Maria effigies, revelatioque trinitatis, et Attributorum Dei. =

C. 3. n. 1. extat Antonii de Balinghem Alphabetum sacrum, ubi Verbo Maria Virgo Deipara per quindecim Capita, pluresque paragraphos multa subministrat pro SS. Virginis excellentia. =

C. 3. n. 66. extat Joannis Vitalis Sermo de SS. Virginis Conceptione. = Ibidem Sixti quinti, dum Lector primarius aut Regens Neapolitanus, Sermo coram Cardinali Pacheco de Conceptione SS. Virginis. = Ibidem Joannis Tisserando quinque Sermones de Conceptione. =

C. 3. n. 67. extant Absalonis Abbatis Sermones Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis Deiparæ. = Ibidem S. Alberti

Magni sermones Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis SS. Virginis. = Ibidem Alberti Patavini Sermones Nativitatis, Purificationis, et Assumptionis. = Ibidem Albini Flacci Homilia de SS. Virginis Nativitate. = Ibidem Alberti Castellano Sermo de Laudibus SS. Virginis Compilatus ex Patribus. = Ibidem Alphonsi Orozco Encomia Deiparae ex Canticis Canticorum. =

C. 3. n. 68. Extat Ambrosii Ansberto Sermo de Purificatione. = Ibidem Ambrosii Eremitae Dialogus de Annunciatione. = Ibidem Ambrosii Spiera Sermones Deiparae in sabbatis. = Ibidem S. Amphilochii homilia de Purificatione. = Ibidem S. Andreae Cretensis Orationes de Annunciatione, et dormitione. = Ibidem eiusdem Cretensis Orationes de nativitate. = Ibidem Antipatris Bostrensis Oratio de Visitatione. = Ibidem Antonii Broickwii Enarrationes de Nativitate, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, Assumptione, et laudibus SS. Virginis. = Ibidem Antonii Brixiensis Sermones sabbatini Deiparae. = Antonii Mancinelli Oratiunculae de Assumptione. = Ibidem Anastasii Sinaitae Orationes de Annunciatione. = Ibidem S. Athanasii Alexandrini Sermo de Occursu Domini, sive de Purificatione. =

C. 3. n. 69. Extant Antonii ~~[illegible]~~ Ghislandis Sermones de Nativitate, Purificatione, Assumptione SS. Virginis. = Ibidem Arnoldi Carnotensis tractatus de Laudibus Deiparae. = Ibidem S. Athanasii Alexandrini Orationes de annunciatione, et descriptione Augusti Caesaris. = Ibidem Augustini Datho Oratiunculae de Deipara, suaque Assumptione. = Ibidem S. Augustini Sermones de Deipara. = Ibidem Alani Varenio Sermones de SS. Virgine. = Ibidem Ambrosii Cavarno Sermo de Assumptione. =

D. 3. n. 20. Extant Francisci de Roxas discursus pro Deiparae festivitatibus. =

D. 3. n. 50. Extant Josephi de Ormaza Discursus de Conceptione, Nativitate, Desponsatione, Annunciatione, et Visitatione SS. Virginis. =

D. 3. n. 51. Extant Petri Sigler Vigintis Sermones de Conceptione Deiparae. =

D. 3. n. 56-57. Extant Emmanuelis de Guerra Sermones de Deipara. =

* D. 3. n. 60. Extant Gabrielis de Morales Discursus de purissima SS. Virginis Conceptione. =

* F. 3. n. 2. Extat Pelbarti de Themeswar Pomarium, vel Stellarium Sermonum de Conceptione, Nativitate, Nomine, Vita, operatione, Virginitate, Charitate, Annunciatione, Visitatione, Purificatione, et assumptione SS. Virginis. =

F. 3. n. 3-4-5. Extant Joannis de Carthagena homiliae de arcanis festivitatum SS. Virginis, atque de eius festis ad nives, Rosarii, et Carmeli. =

F. 3. n. 15. Extat Bernardini de Bustis Mariale, ubi de Conceptione, Nativitate, Nomine, Vita, Conversatione, Annunciatione, Visitatione, Partu, Purificatione, Figuris, Compassione, Gaudio, Assumptione, et Coronatione SS. Virginis, atque Coronis, quibus Coronatur in Coelis. =

F. 3. n. 26. Extant Petri Hamerio Quadraginta Sermones de SS. Virgine. =

F. 3. n. 42. Extant Philippi Diaz Sermones de Conceptione, Expectatione, et Purificatione SS. Virginis. = N. 43. de eiusdem Nativitate, Annunciatione, Visitatione, Assumptione, et festo ad Nives. = = N. 50. Verbo Maria plura de suis laudibus. =

G. 3. n. 223. Extat Anonymi forte Dominicani Sermo de Conceptione. = Ibidem Friderici Nausea Sermo de Conceptione. = Ibidem Nicolai de Blonio Sermo de Conceptione. = Ibidem Pauli Wanne, vel alterius apud eum tres Sermones de Conceptione. = Ibidem Cuiusdam alterius Sermo de Conceptione. =

G. 3. n. 229. Extant Dominici de Carpane duodecim Stelliferi Sermones de Conceptione Italico idiomate. =

G. 3. n. 235. Extant Guillielmi Pepin tres Sermones Cum fragmento alterius de Conceptione. = Vide K. 3. n. 2. =

* C. 3. n. 11. Extant Didaci a S. Jacobo tres Libri de doloribus SS. Virginis a Conceptione usque ad eius mortem, Cum appendice apologetica in defensionem sui operis. = ~ ~ ~

B. 6. n. 4. Extant apud Laurentium Surio Sermones de Deipara die 15. mensis Augusti. = N. 5. Sermo de eadem die 8. Septembris. = N. 6. de eiusdem Conceptione die 8. Decembris. =

* Ultra haec, videantur plurima alia in Oratoria sub titulo Speciali de SS. Virgine, et infra sub titulo Varia. =

Theologia Mariana;

Devota, et religiossa.

A. 1. n. 19. extant Leonis Imperatoris, et aliorum Cantica Compunctionis, inter quae, ad B. Virginem.= A. 1. n. 21. extabit S. P. N. Francisci Orationes, inter quas ad B. Virginem.= Vide 1. n. 11. ubi etiam eiusdem mirabilis salutatio ad eamdem SS. Virginem.= A. 1. n. 56. extant Cuiusdam apud S. Bernardum meditatio sup. Salve Regina, et Lamentatio SS. Virginis.= A. 1. n. 62. extat S. Ephrem Syri devotissima Oratio ad SS. Virginem.= D. 1. n. 11. extat S. Anselmi Cantuariensis Invocatio ad SS. Virginem.= C. 2. n. 14. extat Pauli Shirlogi Antelogarium 12. post cuius Sect. 6. habet perorationem ad SS. Virginem.= N. 15. Vestigat. 24. anum. 64. epilogationem ad Christum, et Deiparam.= N. 16. post Vestigat. 37. perorationem, et operis oblationem ad Christum per manus Suae SS. Matris.= A. 3. n. 7. extat Jacobi Marchant Liber 2. hort. Pastor. cuius tract. 2. est de Salutatione Angelica.= item Virga Aaronis cuius tract. 3. Sect. 2. est de pietate circa Deiparam.= C. 3. n. 28. extant Joannis Antonii Velazquez Libri, et annotationes de SS. Virgine Deipara nostra advocata.= C. 3. n. 59. extant Joannis Eusebii Nieremberg trophea Mariana, vel de Victrice SS. Virginis misericordia circa Hispanos, Lusitanos, et totius orbis homines, miraculis, etiam per eius simulachra, perpetratis, tam in temporalibus, quam in spiritualibus, mirifice comprobata.= C. 3. n. 67. extant Adami Browveri Indulgentiae concessae Mancipiis Deiparae, Salutatio coronata, et Orationes dicendae dum admittuntur, et consecrantur Mancipia.= item quaestiones super sensum, usum, et fructum Salutationis Angelicae multis adductis exemplis.= item Variae praxes, aut Varii modi recitandi, et meditandi pie, et fructuose Angelicam Salutationem.= ibidem extat Al-

xiii a Salo ars pie amandi, et Colendi Santissimam Virginem Deiparam.=

C.3.n.69. extat Augustini Wichmano Sabbatismus Marianus explicans Originem, Utilitatem, et modum Colendi per Sabbata SS. Virginem.= Ibidem extant Antonii Sucquet Considerationes, Oratio, et praxis Colendi SS. Virginem.= Ibidem Archangeli Fiano Canticum de Matrem Dei laudamus.=

E.3.n.12. extat Antonii Dauroult Pars I. flor. exemplor. Ubi a titulo 39. agit de Salutatione Angelica, gestis, et miraculis SS. Virginis erga suos devotos, et Cultores.=

F.3.n.2. extat Pelbarti de Themesvar Pomarium, aut Stellarium Coronae SS. Virginis, ubi tandem agit de Cultu eidem SS. Virgini a nobis exhibendo.=

F.3.n.5. extant Joannis de Carthagena homiliis de nonnullis festis SS. Virginis, ubi tandem agit de eius Cultu, devotione, et miraculis.=

F.3.n.15. extat Bernardini de Bustos Mariale, ubi tandem agit de Coronis, quibus SS. Virgo invocatur in terris.=

F.3.n.45. extant Philippi Dias Spiritualis Considerationes sup. Marianas festivitates Conceptionis, Nativitatis, Presentationis, Annunciationis, Visitationis, Expectationis, Purificationis, Amissionis filii, dolorum, Solitudinis, Assumptionis, et festi ad Nives.=

F.3.n.60. extant Alphonsi Paoleto Meditationes Compassionis SS. Virginis.=

G.3.n.233. extant Roberti Gaguini opuscula, interque, sermo ad Cunctos SS. Virginis Veneratores, poemata pia ad SS. Virginem, et parvum officium pro immaculata eius Conceptione.=

H.3.n.23. extat Joannis Royardo Soloquium, seu formula precandi SS. Virginem.=

K.3.n.59. extat Joannis Martini Silicei Colloquium Cum SS. Virgine exponens Salutationem Angelicam.=

A.9.n.5. extant S. Bonaventurae quae sequuntur: Integrum Officium Compassionis SS. Vir-

gines. = Corona laudem Virginis tot Constans Antiphonis, Psalmis, et Orationibus, quot sunt litteræ sui SS. Nominis. = Salve Regina singula sua Verba quatuor Carminibus Illustrata. = Laus Virginis tot Carminum Octonariis Composita quot sunt litteræ salutationis Angelicæ usque ad Ventris tui, cum Oratione, et exhortatione. =

Item Hymnus te Matrem Dei Laudamus: Symbolum ad instar S. Athanasii: totque Cantica, quot in Veteri testamento reperiuntur: Littania item singularis SS. Virginis cum suis orationibus. Psalterium majus, in quo S. Doctor tot de SS. Virgine composuit Psalmos, quot Davidicum continet Psalterium. = tandem Psalterium minus in tres quinquagenas divissum eo quod in laudem SS. Virginis tot continet quaterniones Carminum Psalmis Davidicis concurrentium, quot Psalterium David. Psalmos. = Hoc ultimum etiam reperitur K. 3. n. 80. = Reperitur item K. 5. n. 30. aliud Psalterium ex his duobus S. Doctoris compactum per omnes horas canonicas, omnesque septimanæ dies distributum, et Hispali ad petitionem Alphonsi Sanchez Dominicani editum. =

§. 5. n. 29. extat Sanctorale Seraphicum, inter alia, continens elogia, versus, deprecationes, Littaniam tam communem, quam specialem SS. Virginis: et quod dicentibus Antiphonam Hæc est Virga cum Versu In Conceptione tua, et Oratione Deus qui per immaculatam concessæ fuerunt centum dies indulgentiæ à Paulo 5. die 10. Julii anni 1615. et undecimi sui Pontificatus. =

K. 5. n. 42. extant Joannis à S. Thoma Mysteria SS. Rosarii, praxisque illud recitandi, et offerendi. =

K. 5. n. 98. extat apud Josephum Gavarri Justitiana oratio SS. Virginis revelata Vener. Matr. de Agreda. =

A. 6. n. 5. extat Flos Sanctorum continens, inter alia, devotas considerationes pro festivitatibus SS. Virginis. =

K. 6. n. 21. extat Littania singularis Sanctissimæ Virginis. =

C. 7. n. 18. extan. Vener. Josephi à S. Benedicto Allocutiones inter Mariam, et servos ejus; et ad Mariam cum improperio infernalis serpentis. = Tot Mariæ salutationes, quot annos ipsa vixit in terra cum suo filio = translatio, et glossa Psalmi Miserere ad SS. Virginem. = Angelica salutatio acrostice glossata in honorem nominis SS. Virginis. = Novem Psalmi SS. Virgini applicabiles in honorem novem mensium, in quibus in ejus utero Christus extitit. = Te Deum laudamus in honorem SS. Virginis glossatum. = Colloquium, exclamatio, et orationes ad SS. Virginem. =

* C. 7. n. 23. extant Didaci à S. Jacobo libri, inter quos de Valore, et fructu et favorum SS. Virginis erga suos devotos. =

* D. 5. n. 3. extant Joannis de Avila Considerationes pro SS. Virginis festivitatibus nativitatis, præsentationis, visitationis, Purificationis, solitudinis, assumptionis, et ad Nives. =

D. 7. n. 18. extant Hieronymi Gratian à Matre Dei varia opuscula, inter quæ, tractatus de spiritu, et devotione pro dicenda salutatione Angelica cum ejus declaratione. = Item Regula Mariana pro devotis SS. Virginis deducta ex ejus verbis. =

D. 7. n. 22. extat Joannis Eusebii Nieremberg liber de Utilitate, studio, et incentivis amoris SS. Virginis. =

F. 7. n. 30. extant Josephi de Villalva Spirituales Lucernæ, ubi de mediis ad consecutionem ultimi finis, inter quæ, de recitatione coronæ, et Rosarii SS. Virginis. =

G. 7. n. 13. extant Antonii de Molina tractatus, ubi de modo distribuendi exercitia circa mysteria SS. Virginis. =

G. 7. n. 41–42. extant Stephani Dolz del Castellar partes secunda, et tertia anni Virginei exhibentis pro singulis diebus mensium ab Aprili usque Septembrem aliquod speciale SS. Virginis beneficium, eo die factum cum opportuno exemplo, brevi exhortatione, et oratione ad Marianæ devotionis fomentum, atque methodo recitandi Rosarium. =

G. 7. n. 48. extant Josephi Gavarri Quinquagenam, quinquaginta differentes devotiones SS. Virginis roboratas exemplis, circaque gratitudinem, et beneficentiam in homines. = Item Diurnum Psalmorum,

et Orationum in obsequium SS. Virginis pro singulis totius anni diebus.=

G. d. n. 62. Extant Petri Sanchez Quæstiones quindecim de figuris, quidditate, materia, forma, Usu, benedictione, Authore, Propagatore, Confraternitate, et indulgentiis Mariani Psalterii, sive Rosarii, atque de Missa Votiva Dominicanis Concessa.=

G. d. n. 63. Extat Ioannis Petri de Pinnamonti Cor SS. Virginis sacrum per totam hebdomadam Venerationi expositum cum Considerationibus, Orationibus, et obsequiis ei præstandis pro diebus singulis.=

H. d. n. 6. Extant Marcelli de Ribadeneyra quatuor libri de Excellentiis, et mysteriis Contemplandis in recitatione Coronæ SS. Virginis.=

H. d. n. d. Extant Ioannis de Terrablanca Exercitia Rosarii SS. Virginis, et meditationes suorum mysteriorum.=

K. d. n. 12. Extant Ioannis Rebello tres libri de Origine, Excellentia, et utilitate Devotionis Coronæ, et Rosarii SS. Virginis: deque suis mysteriis, et variis modis exercendi huiusmodi devotionem, aliasque in obsequium eiusdem Deiparæ Virginis.=

K. d. n. 38. Extat Cuiusdam Franciscani Passiadurum, ubi sunt Variæ meditationes Compassionis SS. Virginis.=

K. d. n. 5d. Extant Francisci Cordero Meditationes sup. hymnum Ave maris stella: et Littaniæ, sacra ex scriptura deprompta, quæ in obsequium SS. Virginis solent quotidie in Domo Lauretana decantari.=

K. d. n. 66. Extat Novenarium Spirituale SS. Virginis del Pilar de Zaragoza.=

K. d. n. 36. Extat Bonaventuræ Sellado Fasciculus florum, ubi de Corona, et Rosario SS. Virginis.=

K. d. n. 32. Extat Ioannis Nito Manipulus Florum, in quo de Corona, Rosario, et Sanctis SS. Virginis.=

K. d. n 38. Extat Petri de la Ser-

na tres species Rosariorum recitandorum secundum opportunitatem Uniuscuiusque Mancipiorum SS. Virginis de Mercede. =

K. 7. n. 48. extant Emmanuelis de Bernardes Meditationes cum respectivis exemplis super principaliora mysteria SS. Virginis. =

L. 7. n. 10. extat Petri Ventura de Minaia Directorium spirituale, ubi de corona SS. Virginis. =

L. 7. n. 11. extat Manipulus Religiosarum Institutionum, ubi reperiuntur quotidianae Aspirationes repetendae, vel animo revolvendae ad SS. Virginem. =

L. 7. n. 12. extat Antonii de Torres duplex modus recitandi Rosarium SS. Virginis. =

L. 7. n. 13. extat Antonii Pimentel Pentateuchum spirituale, ubi inter alia, tractat de amore SS. Virginis, motivis ad eum, et devotionibus illi gratis. =

L. 7. n. 19. extat Francisci Lacroix Hortulus Marianus praemittens diligentiam, sive fervorem, constantiam, et discretionem tanquam tres necessarios comites devotionis SS. Virginis, et exponens quinque areolis legendos flosculos, nempe, Violam submissae reverentiae, Rosam amoris, et fiduciae, Lilia devotionis integrae, et Solisequia perfectae imitationis, atque praxim se illi devovendi cum variis obsequiis, et methodo eam generaliter, et specialiter imitandi. =

A. 8. n. 58. extat Joannis Ludovici Vives Genethliacon Jesu christi, in praesepio a Pastoribus venerati, continens eorum colloquium cum SS. Virgine de mysteriis parvuli filii sui mire informante. =

C. 8. n. 23. extant devotiones singulares, inter quas, Immaculatae Conceptionis SS. Virginis. =

K. 8. n. 53. extant Lupi de Vega Carpio Pastores Bethlemitici colloquentes, et candantes de SS. Virgine purissima nati pueri Matre. =

Singularis, et Varia

~~[struck-through lines]~~

D. 1. n. 13. extat S. Anselmi Cantuariensis forma, et mores SS. Virginis.=

E. 1. n. 9. extat Richardi à S. Victore Consideratio de differentia inter sacrificium Abrahæ et SS. Virginis.=

A. 2. n. 37. extat Abulensis primum Paradoxon per fere Centum Capita quamplurima expendens de SS. Virgine Vase admirabile.=

B. 2. n. 51. extat Pauli Sherlogi Diogtra Hebraicarum antiquitatum ubi pag. 131. à numero 13. docet Adamum Cognovisse proditurum ex sua stirpe SS. Virginem Mariam Messiæ genitricem futuram.=

B. 2. n. 73. ad 80. extant Joannis de Sylveira Commentaria in Evangelia, et in Apocalypsim, in quibus quamplurima Varia miscet de SS. Virgine.=

C. 2. n. 12. extat iterum Pauli Sherlogi metrum de SS. Virgine.=

B. 3. n. 35. extant Octavii de Augustino Anagrammata quinque de Immaculata Conceptione SS. Virginis expresso eius nomine in primis Anagrammatum litteris.=

C. 3. n. 18. ad 25. extant Emmanuelis de Villaroel Variæ sacræ Hautologiæ, in quibus per Varias Didascalias Varia quamplurima observat de SS. Virgine.=

C. 3. n. 49. extat Joannis Baptistæ Poza Elucidarium SS. Virginis, ubi de suorum mysteriorum Chronographia, et Geographia: de sua re paterna, suoque Corpore.=

C. 3. n. 67. extant Adriani Mangotii Varia Monita Mariana.= Ibidem etiam extat Abulensis Paradoxon, quod fuit annotatum supra A. 2. n. 37.= ibidem etiam ex-

tant Amadei Franciscani tres Raptus de mysteriis Vitæ et mortis SS. Virginis.= Ibidem etiam S. Ambrosii Mediolanensis Milleloquium de SS. Virgine.=

C.3. n. 68. extat Cuiusdam, et forte Danielis Agricola Corona Coronarum duodecim SS. Virginis.= Ibidem Cuiusdam, forte S. Ildephonsi Toletani extat Corona SS. Virginis Contexta ex duodecim lapidibus pretiosis, sexque astris, et totidem floribus Variegata.= Ibidem S. Anselmi Cantuariensis Opusculum de virtutibus Cardinalibus SS. Virginis Cum aliis opusculis tam metricis, quam prosodicis.=

C.3. n. 69. extant Antonii de Marquesiis Cyclologuia moralia Mariana.= Ibidem S. Angeli de Fulgino Elevationes duæ Circa SS. Virginem.= Ibidem S. Augustini Varia Opuscula de SS. Virgine.=

D.3. n. 100. extant Antonii Sousa de Macedo Vita, et gesta SS. Virginis ab eius Conceptione usque ad assumptionem.=

E.3. n. 13. extat Hypoliti Marrasio Polyanthea Mariana alphabetice exhibens nomina, encomia, excellentias, prærogativas, et dignitates SS. Virginis.=

E.3. n. 126. extant Nicolai de la Iglesia flores, et Hieroglyphica Conceptionis SS. Virginis.=

G.3. n. 293. extat Clementis Undecimi P. M. Constitutio præcipiens ut in toto Orbe Christiano servetur tanquam festivus dies immaculatæ Conceptionis SS. Virginis Cum gratulatoria Epistola Hispalensis Patriarchalis ecclesiæ ad eundem ob tam singulare, et estimabile beneficium.=

H.3. n. 20. extant Philippi Picinelli Quinquaginta symbola discursibus explanata in honorem, et gloriam SS. Virginis.=

K.3. n. 84. extat Hypoliti Marrasio Bibliotheca Mariana, sive Alphabetum scriptorum de SS. Virgine usque ad litteram I.=

B.4. n. 33. extat Joannis Caramue-

Lit. Pars 2. method. sever. argument. ubi habet Metaphisicas positiones Vitam, et dotes SS. Virginis dilucidantes. = N. 82. Epist. 93. ad Carolum Thomasium exponit quid sentiat de suo Mariano Horologio, et quid contineat contra Tirum. =

F. 4. n. 48. ad 52. extant Diversorum Opuscula contra Censuram Parisiensem sup. mysticam Dei Civitatem, ubi quamplurima praeclara de SS. Virgine continentur. =

F. 2. n. 33. extat Dominici à S. Petro de Alcantara Palma Victoriosa pro Civitate Dei mystica. =

E. 4. n. 29. extant Josephi Nicolai Cavero apologeticae dissertationes adversus Antigredistas Parisienses. =

A. 5. n. 26. extat Bartholi de Saxoferrato singularis tractatus de Causa super genus humanum discussa coram supremo Judice inter SS. Virginem eius advocatam ex una parte, et Daemonem adversantem ex alia. =

B. 6. n. 10. extant apud Guilhelmum Eisengreino Vita, gesta, et mors SS. Virginis. =

C. 6. n. 15. extat Petri Marchant Fundamentum 12. ubi D. S. tractat de exaltatione immaculatae Conceptionis SS. Virginis in Seraphico Ordine, et Celebris Doctoris Subtilis pro ea publica concertatione. =

C. 6. n. 33. extat Bernardi de Vargas liber 1. cuius Cap. 10. habet Alphabetum encomiorum SS. Virginis. =

E. 6. n. 1. extat Henrici Sedulio liber 3. ubi à Cap. 15. habet varia de Laudibus SS. Virginis, et Angelica salutatione. =

E. 6. n. 2. extat Didaci Matute Peñafiel, et Contreras liber de genealogia Christi, et libri Marianus Epilogus, ubi habet varia de SS. Virgine. =

B. 7. n. 1. extat V. M. Mariae à Jesu de Agreda Pars 1. Mysticae Civitatis Dei continens historiam SS. Virginis ab eius immacula-

ta Conceptione Usque ad Verbi in eius Utero Incarnationem Cum triginta septem notis Josephi Ximenez Samaniego. = N. 2. eiusdem Pars 2. historiæ ab Incarnatione Usque ad Christi Ascensionem Cum Vigintiquinque notis Joannis Sendin. = N. 3. eiusdem Pars 3. historiæ ab Ascensione Christi Usque ad SS. Virginis Assumptionem, Cum notis eiusdem Sendin. =

C. 3. n. 1. extant apud S. Brigittam Sermo Angelicus, duæque Orationes de SS. Virgine, singulisque suis membris, et actibus Virtuosissis. =

C. 3. n. 18. extant V. Josephi à S. Benedicto tractatus de Laudibus Conceptionis SS. Virginis: de exaltatione humanæ naturæ in sua Conceptione, præmissa ad ipsam præfatione: de Odore Virginalo, Voseoque SS. Virginis: de Arte, qua per Virginem fuit sublatum Diaboli Imperium, Cum dialogo ad idem: et de mystico Sabbato requietionis Dei in SS. Virgine, Cum aliis multis supra Collocatis. =

D. 3. n. 1. extat Ubertini de Casali Liber prim. Arboris Vitæ Crucifixæ exhibens Jesum fabrum Matris, nunciatum Matri, et natum ex Matre. = Liber quart. Jesum Matri Compatientem, Matremque elevantem, et glorificantem. =

D. 3. n. 2. extat Simonis de Cassia Liber secund. Ubi de SS. Virgine, suisque gestis in Evangelio memoratis. =

E. 3. n. 93. extat Joannis de las Ruelas Liber de Corporali pulchritudine SS. Virginis. =

A. 8. n. 36. extat Theophili Raynaudo Dyptica Mariana, ubi Inanes SS. Virginis prærogativæ novis scriptionibus Vulgatæ Circa hominem exteriorem, et interiorem, sive Circa eius naturam, gratiam, et gloriam, à Veris apud Patres, theologosque receptis accurate decernuntur. = Item Scapulare Marianum Carmeliticum illustratum, et defensum. = Item Nomenclator Marianus alphabetice Continens selectiores titulos SS. Virgini à Patribus tributos, Cum nonnullis observationibus, et quamplurium eorumdem titulorum glossis, et illustrationibus. =

Ibidem extat Joannis Francisci Luca elogium anagrammaticum in honorem Marianę Conceptionis ex Angelica Salutatione. = Item Carmen Spondaicum Anagrammaticum ex eadem salutatione, et in gloriam eiusdem Marianę Conceptionis. = Item Corona quater duodecim Stellarum, sive quater decodecim anagrammata pura in honorem eiusdem Immaculatę Conceptionis ex illis Verbis Conceptio S. Marię Virginis. =

N. 37. apud eumdem Raynaudum extat Joannis Sabiotti gratulatio poetica de SS. Virgine immaculate Concepta. = Item SS. Virginis immaculate Conceptę Rythmica Doxologia. = Item Psalterium anagrammaticum Marianum sup. Angelicam salutationem Constructum. =

C. 8. n. 21. extat Joannis de Ribas scriptum Cognomento deliberatus intellectus, et ultima Voluntas Corrigens, aut retractans multa, quę ipse malitiose finxit, vel insipienter scripsit in libello Su bro al Cesar. =

C. 8. n. 22. extat Hispanici Cętus theologorum immaculatę Conceptionis Marianę Deprecatio ad Clementem duodecimum pro mysterii deffinitione. = Vide D. 8. n. 21. =

C. 8. n. 26. extat Gundisalvi tenorio Minoritę limensis Motivum, Compendiosaque idea, et distributio sui operis sexdecim tomis Constantis, nondumque in lucem editi, super quasdam Veteris, et novi testamenti figuras integre non aperiendas, neque adimplendas, nisi deffinito mysterio immaculatę Conceptionis SS. Virginis. =

C. 8. n. 29. extat Joannis Riquelme Additio ad suum Vulgatum Catenę libertatis scriptum. = C. 8. n. 37. extat Joannis Everardi Nithardi Responsio ad memoriale Joannis Martinez de Prado Dominicani, datum, nomine suę religionis, aut Regi, Philippo quarto, ut eum, et suos exciperet à suo Regio decreto pręcipiente ut Prędicatores inciperent dicendo Bendito, y ala-

bado sea etta. = Item Joannis Martinez de Soto alia responsio ad idem memoriale, oblata Patribus Dominicanis Prov. Castellæ. = Item Ildephonsi de Villalobos Consultatio ad Joannem Martinez de Prado sup. nonnullos Conscientiæ scrupulos Oratione Celebris Bullæ Alexandri Septimi in favorem immaculatæ Conceptionis Deiparæ. = Item Joannis de Ribas Epistola Confirmans, et promovens suam ultimam Voluntatem, quæ supra C. 8. n. 21. =

C. 8. n. 39. extat Contentio inter ignorantiam, et malitiam circa proprietatem cuiusdam falsæ, et ferreæ Monetæ involutæ in papiro Su Oro al Cesar. = Item Fragmentum Vocabularii trilinguis, et elinguis continentis dicteria, scommata etta. contra Deffensores Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis, hucusque damnati etta. nunc vero approbati etta. = Item Summulista Minor Maiori Lectori Philosophiæ Dominicanor. = Item Certum quid circa doctrinam D. Thomæ Aquinatis ex Joanne Ludovico Schenleben. =

* C. 8. n. 18. extant Acta, et monumenta in Causa Beatificationis V. M. Mariæ de Agreda, et Franciscana defensio Mysticæ Civitatis contra Censuram Parisiensem. =

C. 8. n. 19. extat Pauli de Ezixa Murus inexpugnabilis Mysticæ Dei Civitatis duodecim Capitibus tanquam duodecim fundamentis compendiose complectens omnia, quæ in honorem, gloriam, et defensionem V. M. Mariæ de Agreda, eiusque Mysticæ Civitatis hucusque acta sunt. = Item eiusdem Allegorica turris David ornata, coronaque clypeis, et propugnaculis rationum, et auctoritatum in defensionem murorum prædictæ mysticæ Civitatis. =

* F. 8. n. 22. extant Gundisalvi Antonii de Padilla, Pacheco, Guardiola, et Solis sacræ octo exclamationes ad Philippum quintum, nomine sui Ordinis Calatravensis, pro deffinitione Immaculatæ Conceptionis SS. Virginis. =

G. 8. n. 21. extant Eusebii Gonzalez de Torres Radii Lucis illuminantis, et protegentis Mysticam Dei Civitatem adversus quoddam vulgatum scriptum, et à S. tribunali confixum. =

G. 8. n. 20. extat Gregorii de Arroyo,

et Sarmiento scriptum ad Philippum quartum sup. deffinibilitate mysterii Conceptionis Immaculatae SS. Virginis. =

E. 8. n. 78. extat juridica informatio pro Immaculata Deiparae Conceptione, per modum orationis, et Colloquii cum ipsa SS. Virgine in dedicatione actionis heroicae Centum Virginum de Simancas, cuius historia authentica ibi praemittitur tanquam fundamentum. =

E. 8. n. 86. extat Joannis Riquelme Deffensorium primae partis mysticae Civitatis adversus censuram Parisiensem. = Item cuiusdam Granum purum devotionis, schola pia Ave Mariae, et Christus doctrinae Christianae ad correctionem quarumdam propositionum difficilium, et in deffensionem Vitae SS. Virginis scriptae per V. M. Mariam de Agreda. =

H. 8. n. 3. extat Simonis Ramos Antiapologia deffendens Patrem Peza, et continens Breve SS. Virginis panegyricum, tresque quaestiones de eius immunitate ab omnibus excrementis naturae excrementis, et de influxu ab ea in Christi Conceptione praestito. =

K. 8. n. 58. extant Petri a Conceptione Flatus adversus Atomos Soli Veritatis obiectos. =

~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Quinta eiusdem Anguli Classis, in cuius Cathedra legitur Theologia Moralis.

Practice dirigens.

D. 1. n. 11. extat Joannis Gerson tractatus de arte audiendi Confessiones. = *

* Item tractatulus de arte examinandi Poenitentem circa peccatum Mollitiei. tractatus de remediis contra recidentis peccata, et circumstantiis peccatorum. =

K. 3. n. 41. extant Josephi Sa-
~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~

Varii Advertentiæ ad Confessores pro recta Confessionum praxi. Vide infra K. 5. n. 48. 49. etiam G. 3. n. 48.=

A. 1. n. 6. Extat Doctoris Seraphici S. Bonaventuræ Confessionale docens qualiter Confessarius† habere se debet† Circa Poenitentes.= item Opusculum de modo recte Confitendi, et Conservandi Conscientiæ puritatem: Quod etiam reperitur apud Doctorem Angelicum B. 1. n. 18.=

D. 1. n. 20. Extat Guillielmi Parisiensis tractatus de poenitentia salutari, et Confessionis necessitate per modum Cuiusdam Iudicii digestus.

†Confessionarium per Decalogi præcepta, et Capitalia peccata: item formularium etc.

E. 1. n. 15. Extat Richardi Arsdekin Appendix ad brevem directionem Confessarii, et dispositionem Poenitentis.=

E. 1. n. 33. Extat Augustini Matheuccio Cautela Confessarii in foro sacramentali ob varias propositiones ab Alexandro Septimo, Innocentio Undecimo, et Alexandro Octavo damnatas.

☿ C. 5. n. 62. extat Felicis Potestas formularium Examinandi promovendos ad ordines.=

C. 5. n. 50. Extat Martini de Torrecilla† Formularium testamentorum, et Codicillorum, atque instructio Confessariorum pro Casibus recursus ad sacram poenitentiariam.=

† Cum praxi ca, eiusdem audientis, reflectendo, et iudicando intra Confessionem per præcepta Decalogi.

☿ D. 5. n. 23. Extat Ioannis Machado Directorium pro bonitate, prudentia, et Zelo, quibus Confessarius pollere debet.=

D. 5. n. 52. Extat Iacobi de Corella instructio Confessarii Circa modum observandum in principio, progressu, et fine Confessionis.♄

✳ F. 5. n. 58. extat Bonaventuræ Tellado Practica Confessorii.

✳ G. 5. n. 13. Extat Cuiusdam ars instruens Confessarium, et Poenitentem ad recte Confitendum.= Ibidem reperitur Petri Coruelo Confessionarium, sive instructio Confessoris ad rectam sacramenti poenitentiæ administrationem.= Ibidem Extat etiam Abulensis tractatus Confessionis pro Examine Conscientiæ, et modo fructuose Confitendi.=

♄ F. 5. n. 10. extat S. Antonini summa Defecerunt dicta, quæ instruens Confessorem, ut recte agat cum poenitente

G. 5. n. 49. Extat Alphabetum privilegiorum regularium ad Cuius finem reperitur Cuiuscumque sit status, vel muneris.=

vinuntur formulæ variarum absolutionum pro diversis eventibus. Extant etiam part. 6. Manipuli Fratrum Minorum H. S. n. 9. =

* G. S. n. 60. Extant Francisci Ortiz Lucio Advertentiæ ad Confessarios circa obligationes tam communes super Decalogi, et Ecclesiæ præcepta, et Capitalia peccata, quam speciales personarum utriusque sexus. =

H. S. n. 1. Extat Guillielmi Durante Aureum Confessorium, et memoriale sacerdotum, inter alia, docens, qualiter Confessor, et Confitens se debeant habere, et quinam generales regulæ opporteant observari. =

* K. S. n. 44. Extat Joannis à S. thoma Practica præparandi se ad Confessionem, et Confitendi recte post præparationem, et directorium ad Confessionem generalem.

K. S. n. 48. Extant iterum Josephi Savarri Advertentiæ monitoriæ ad Confessores, et Poenitentes: item interrogatorium præcedens, comitans, et subsequens Poenitentis Confessionem, et formula Examinis Conscientiæ pro omnibus Reipublicæ personis, muneribus, et officiis. N.º 49. Miscellanea institutionum, et advertentiarum pro recta Confessorum tam sæcularium, quam Regularium praxi. =

K. S. n. 51. Extat Decii Cyrilli Breve formularium examinandi Confessores, cum communi forma absolutionis, et speciali instante morte. =

K. S. n. 55. Extat Antonii de Escobar Examen Confessorum, et practica Poenitentis, seu formula se præparandi ad Confessionem, et Confitendi per ordinem præceptorum Decalogi de omnibus ad communes, et speciales obligationes pertinentibus.

K. S. n. 56. Extat Bartholomæi de Chaimis Speculum Confessorum, sive librum directorium circa eorumdem potestatem quæ

* G. S. n. 48. extat Raphaelis Cesar Dialogus inter Confessarium, et Poenitentem per ordinem materiarum manualis de Azpilcueta videndi G. S. n. 5. =

* H. S. n. 22. Extat Fabii Incarnati Scrutinium inter alia docens modum Confitendi, et audiendi Confessionem.

ab ipsis observanda pro admissione Poenitentis ad Confessionem: quae interroganda circa peccatorum circumstantias iuxta communes, et proprias uniuscuiusque obligationes: et circa poenitentiam iniungendam, peccatorumque absolutionem: et ibi quid circa infirmos.

K. 5. n. 59. Extat Antonii de Corea Examen Ordinandorum, et Confessorum.

K. 5. n. 60. Extat Bartholomei de Medina Institutio Confessoris in rebus, quae scire, et facere debet, ut ipse sacramentum recte ministret, et Poenitens illud fructuose recipiat.

K. 5. n. 61. Extat Josephi Rossal Praxis deponendi dubiam, et scrupulosam conscientiam variis in casibus occurrentibus.

K. 5. n. 62. Extat Antonii de Quintanadueñas Examen Ordinandorum, et Confessorum.=

K. 5. n. 68. Extat Antonii Fernandez de Cordoba institutio Confessoris circa scientiam, et iurisdictionem, et circa quid agere debeat in principio, medio, et fine Confessionis: et instructio Poenitentis ad examen conscientiae pro variis statibus, et officiis, et ad methodum confitendi generaliter, ac saepe confitendi peccata venialia pro frequenter confitentibus.=

K. 5. n. 71. Extat Anonymi Margarita Confessorum praemittens interrogatorium Poenitentis per praecepta Decalogi peccata capitalia, opera misericordiae, corporis sensus, et praecepta Ecclesiae: et docens, inter alia, modum observandum in exercitio Confessionis interrogando, et poenitentiam iniungendo.

K. 5. n. 74. Extat Petri Martyris Coma Confessionarium docens methodum in principio, progressu, et fine Confessionis servandam: et formulam examinandi habentes curam animarum.

K. 5. n. 77. Extat Joannis de Pedraza Interrogatorium faciendum in Confessione personarum diversorum statuum, et officiorum

quid quae exequendum finita Confessione: +

+ Valerii Reginaldi

♁

E. 8. n. 11. extat Instructio pro administratione sacramentorum tempore pestis.

per Ordinem praeceptorum Decalogi: et providentia de remediis pro Conscientiis scrupulosis.

K. 5. n. 81. extat + [struck through] tractatus de Conditionibus, et officiis Poenitentis in usu sacramenti poenitentiae, ubi Cap. 10. affert remedia Conscientiis scrupulosae.

